ANICII MANLII SEVERINI

BOETHII

DE

CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE

LIBRI V.

AD OPTIMORUM LIBRR. MSS. NONDUM COLLATORUM FIDEM RECENSUIT ET PROLEGOMENIS

INSTRUXIT

THEODORUS OBBARIUS

PHIL. DR. ET AA. LL. MAG.

IENAE

PROSTAT APUD CAROL. HOCHHAUSEN.

MDCCCXLIII.

VIRIS ILLUSTRISSIMIS ET DOCTISSIMIS

LUDOVICO FRID. HESSIO

PHILOSOPH. DOCTORI ET AA. LL. MAGISTRO

A CONSILIIS AULICIS SERENISSIMI PRINCIPIS SCHWARZBURG. RUDOLSTAD. TABELLARII PRAEFECTO SOCIET. GERMANICAE LIPSIENSIS ET LATINAE IENENSIS SODALI

PRAECEPTORI CARISSIMO STUDIORUMQUE FAUTORI AMPLISSIMO

E T

AENOTH. SAM. OBBARIO

PHILOSOPH. DOCTORI ET AA. LL. MAGISTRO

ILLUSTRIS GYMNASII RUDOLSTADIENSIS PROFESSORI

PATRI SUO DILECTISSIMO

HAS PRIMITIAS

GRATO QUO DECET ANIMO SUMMAQUE PIETATE

D. D. D.

EDITOR.

Lectoribus S.

Iam aliquot abhinc annos hunc Boethii librum olim saepius commentariis instructum nunc fere neglectum edere in animum induxi, quapropter quaecunque mihi comparare poteram litterarum subsidia et codices mss. et veteres editiones in meum usum contuli. Qua quidem in re quam liberaliter humaniterque a Viris Doctissimis, cum bibliothecas ipsas adire non contingeret, adiutus sim, dici vix potest. Neque enim libris, neque consilio mihi defuerunt Viri illi summi pieque colendi *Fr. Iacobsius, Gersdorfius, Schoenemannus, Hertelius, Osannus, Hessius, Handius, Fridemannus, Seebodius*, quibus, quod sua me benignitate ornare non dedignati sunt, gratias ago maximas. Cum de reliquis, quae in Praefatione tractari solent rebus, de codicibus mss., de veteribus editionibus et quae sunt similia in Prolegomenis (c. III.) acturus sim, facere non possum, quin lectoribus

Anicius Manlius [1]) Severinus Boethius [2]) quamvis quo anno natus sit, certo dici nequeat, ii tamen VV.

1) In edd. sec. XV. multis additum est *Torquati* nomen, quod Boethio non fuisse *Bernart.* ad I. carm. I, 1. et *Baurus* p. 4. viderunt, quocirca illud aliquot vett.: *Anonym. Mellicensis* (de script. eccles. 15.) *Baron.* annal. eccl. ad a. 522. *Gyrald.* de Poett. histor. dial. 5. *Glarean.* in ed. Basil. 1570. *Vallin.* omiserunt, quibus assentiuntur codd. mei vett. omnes, qui *Barthii* cod. (cf. Advers. XXIV, 15.) et Zwiccav. altero (in quo a 2. m. adscriptum est) exceptis illud nomen tollunt. Sine dubio in illas edd. irrepsit e *Bedae* [?] comment. in Boeth. [?] libr. de st. trinit. et ex praefatione commentario *Pseudo-Thomae Aquin.* in l. de cons. ph. praefixa, quam interpolatam esse e vita a *Gothano* cod. *(A)* descripta et ex glossis *Mag. Guillehelmi* apparet, e quibus bonus ille Thomas hausit. Genus Boethii referendum esse ad Manl. Torquatum praeter hos et quos Baur. laudavit scriptores, etiam glossema cod. Horat. antiquissimi (sec. X. N. 7973.) apud Vanderbourg. ad Od. IV, 7. testatur. — Qui aut *Anicii* (Tritenh. sc. eccl. p. 238.) aut *Manlii* nomina non agnoscunt *M. Rota, Pagius* (crit. hist. chron. ad a. 487.) *Sirmond.* (Ennod. p. 38.) *Gibbo* (hist. of the decline Tom. IX. p. 234.) *Schleiermacher.* (Geschichte Theoderichs, rhein. Taschenb. 1810. p. 328.), brevitati studere volebant, sicuti isti librarii sec. XV., qui in codd. nomina praeter *Bohecii* omnia sustulerunt. — *Flavii* praenomen A. M. Severino *Bertius* solus tribuit.

2) *Boethius* non *Boetius* scribendum esse et ipsius nominis origo a verbo graeco βοηθὸς et illud diptychum Brixianum (de quo vd. *Hagenbuch.* librum: *de dipt. Brix. Turici* 1748.) docent, cf. Sirmond. ad Ennod. ep. VI, 6. p. 30., qui alteram quoque scripturam in monumentis inveniri ostendit, Polyc. Leyser. hist. poet. et poem. med. aevi p. 93 etc. et Heyn. Opusc. Academ. VI. p. 146. Scripturam *Boetii* praeter Procop. de bello Goth. I, 11. III, 20. (*Βοέτιος*) statua ap. Vallin. (cf. I. carm. 1.) et codd. vett. defendunt ac recentt., qui sive *Boecius* sive *Bohecius* praebent. Io. Saresberiensis libri uti aut litteram *h* habent, aut certis in locis eam omittunt, quare *Boetius* invenitur in Polycrat. VII, 12., in Metal. I, 14., et *Boethius* in Metal. I, 8. II, 12. 16. 20. III, 2. 6. 9. IV, 4. 21. 27. (ed. Lugd. Bat. 1639.), quam scripturam quoque praeferunt: *Chronic. paschale* (Dindorf. corp. script. hist. Byzant. Vol. I. p. 605.), *Anonymus Valesianus* in Gronov. ed. Amm.

DD., qui annum CCCCLXX. sive LXXV. statuunt, a vero prope abesse videntur [3]). Pater eius Flavius Manlius Boethius [4]) consul anni CCCCLXXXVII. fuit eiusque avus Flavius Boethius Praef. Praet., quem Valentianus III. anno CCCCLV. [5]) interfici iussit. Patre mortuo Anicium Manlium adhuc puerum summa summorum virorum cura suscepit [6]). Iuvenis arti ma-

Marcell. p. 561. (Lips. 1773.), plurimi et *Cassiodori* codd. et earum elegiarum, quae sub *Corn. Galli* nomine feruntur, cf. eleg. III, 48. ‚*Solus Boeti fers, miseratus opem*' quod Gauric., qui in codd. nonnullis *Boheti* invenit, in *Bobeti* mutavit. — Ceterum *Boethios* adiutores scribarum publicorum fuisse ex Cod. Iust. l. IV. (‚*de tab. scribis*') apparet, cf. *Barth.* Advers. XXIV, 15.; et plures philosophi Boethii nominantur, vd. Diog. Laert. VII, 1, 37. ib. Menag., Phot. Cod. 154. Brucker. hist. phil. Tom. III. p. 524.

3) Eo tempore Boeth. natum esse confici potest e I. carm. 1, 9. et ex Ennod. (eucharist. de vita sua p. 434. Sirmond.), qui eum, ut recte Baur. observat, tamquam iuniorem tractat eoque anno, quo Theodericus rex Italiam invaserit, annos XVI se complevisse ait. Huius de die Boeth. natali sententiae auctor est, quod sciam, *Cellierus* (histoire général des auteurs sacrés cet. A Paris 1748. Tom. XV. p. 468.), quem secuti sunt *Freytag.*, *Hand.* et *Baur.*. *Rota*, *Bertius*, *Heynius* (Censura libri Boeth. in Opp. Acad. Vol. VI. p. 146.) et ceteri, qui eum anno 455. natum existimant, in plures errores inciderunt, nam et philosophi patrem Praef. illum Praet. eodem anno occisum, eumque ter consulatu functum esse opinati sunt: quae suspicio perversa chronologiae repugnat, vd. not. 10. et Hagenbuch. l. l. p. 98. 100. —

4) Cassiod. Chron. p. 700. (ed. Genev. 1650.) Ennod. VIII, 1. Cur hunc virum *Baur.* Flavii B. Praef. Praet. nepotem censuerit, et cur *Hand.* cum Onuphr. Panvin. (vd. Fast. Cons.) eidem Manlii Sever. nomina tribuerit, ego quidem non video; avum philosophi Flavium Boeth. fuisse bene Hagenb. p. 82. 105 sqq. docuit.

5) Cf. Cassiod. Chron. ad a. 455. p. 699. Hagenb. p. 32. Baur. p. 5.

6) Vd. Cons. phil. II, 3. p. 24, 7. Qui viri illi fuerint, quaeritur. *Vallin.* (p. 3.), *Hand.* et *Baur.* Symmachum a. 485. Cs. (vd. Alcimi Aviti Epist. 31. Ennod. ep. VII, 25.) et Festum intellegi volunt, cui opinioni nihil obstat. Laudatur uterque ab Ennod.

thematicae et musicae, in qua Euclide et Pythagora auctoribus usus est, operam dedit: unus autem omnium in tractanda philosophia Graeca excelluit, quam ut Cassiodorus in epistola ad ipsum data vere dicit, fecit romanam [7]. Athenas enim ad Proclum [8]) aliosque illius seculi insignes viros audiendos non est profectus, sed Romae longe remotas Atheniensium scholas introivit, ibique Platonis Aristotelisque libros non modo non diligenter legit, sed etiam in linguam latinam transtulit. Iuvenis cum iam Patricius factus [9]) et anno DX. Cs.

(ep. XII, 7.): *patricii Festus et Symmach. omnium disciplinarum materia et constantes forma de urbe sacratissima non recedunt, in ipsis est nobilis curiae principatus, quos videre erudiri est.*

7) Cf. Cassiod. Var. I. ep. 45. e qua Boethium etiam artis mechanicae et astronomiae (vd. infra Not. 37.) haud imperitum fuisse apparet. Cass. II, 40. Boeth. musicae artis fautorem indicat.

8) Boethium annos XVIII Athenis versatum esse scriptor libelli *de disciplina scholar.* (vd. p. XVIII.), quem antea Manl. Severino adscripserunt, cap. 2. et 4. halucinatus est, eiusque sententiae ineptae plures habuit adsentientes: *Pseudo-Thomam Aquinatem* ad II, 2., *Rotam, Bertium, Vallin.* ceterosque, quorum mentio iam facta est a Bauro p. 6. Quibus adde *Helfrecht.* (p. 20.), *Svartengren.* (circa libr. etc. observat. Upsal. 1836.) p. 4., *Reinhold.* (Hist. phil. T. II. p. 20.), *Heeren.* (Geschichte der class. Litter. im Mittelalter T. I. p. 65.) afferentem Cass. Var. I, 45.: ‚*Sic enim Atheniensium scholas longe positas introiisti, sic palliatorum choris miscuisti togam, ut* etc., quo in loco olim male *positus* legebatur, et quem interpretor: *Scholas Athen. longo intervallo a te distantes Romae adiisti.* Quam nos probamus sententiam Athenis Boeth. non esse versatum, defendunt etiam *Clericus* (bibl. choisie. Tom. XVI. p. 195.) et *Freytag.* (in vers. germ. p. 3.), qui philosophum non XXVIII annos natum sed iuvenem Romae, non Athenis Patriciatum accepisse bene vidit, cf. II, 3. p. 24, 12.

9) Vd. II, 3. p. 24, 14. Ennod. ep. XII, 7. (Paraen. didascal.): ‚*Est Boeth. patricius, in quo vix discendi annos respicis, et intellegis peritiam sufficere iam docendi, de qua emendatorum iudicavit electio*‘, e quibus verbis Baur. Boeth. prae-

creatus esset [10]), in Aristotelis Praedicamenta commentarium scripsit. Sed non solum doctrina atque eloquentia, quam praeter ceteros illius temporis scriptores laudavit Ennodius [11]), verum etiam iustitia ex-

ceptoris munere esse functum colligi vult [!?]. Leich. de diptychis p. 27. Anonym. Vales. p. 723.

10) Cl. Ennod. IX, 14. Cassiod. Chron. p. 701. Quo chronico, quod Boethios tres Coss. nominat, ii VV. DD. (*Rota*, *Bertius*, *Heynius* etc.) decepti, qui An. Manl. Severini annum natalem 455. statuunt, ipsum ter (annis 487., 510. et 522.) consulatum accepisse arbitrantur; vd. Hagenb. p. 27. Inepta est Pseudo-Thomae Aquin. (ad II, 3.) sententia Boethium ,ante ann. XX. in adolescentia Cos. electum esse', nec melior *Palmerii* (chron. ad 510.), qui eum exilio a Theodorico rege mulctatum rediisse et Praef. Praet. factum esse opinatus est. *Vincent. Bellovacens.* (spec. doctr. XVII, 16.) Boethium anno DII. ,una cum Simmacho patricio, cuius gener erat' consulatum gessisse narrat! Eam quam nos amplectimur sententiam, primus protulit *Hagenb.* (p. 35.), cuius auctoritatem secuti sunt *Hand.* et *Baur.*, qui in eo tamen falsus esse mihi videtur, quod Boeth. Magistr. Officiorum creatum putat. Huius enim dignitatis praeter librorum aliquot mtorum titulos (*T2. V2.* et vd. var. lect. p. 1.) et Anonymum Valesianum (p. 561.), — qui, quamvis eum summis laudibus efferant *Schlosser.*, *Sartorius* et cet. (vd. Baur.), maximam tamen partem res ineptas tradit (vd. Not. 20.) et ex scholiis ad Cassiod. chronic. adscriptis (vd. p. 554.) constare videtur: quam sententiam alio loco pluribus exponam — nemo facit mentionem. Quomodo eidem Baur. in mentem venerit Boeth. fortasse Praef. Urbis fuisse, ego quidem non intellego, cum hanc philosophi dignitatem neque apud aequales, neque in codd. inscriptionibus commemoratam invenerim, et illud diptych. Brixianum (vd. Hagenb. p. 38.) non ad An. Manl. Severin., sed ad eius patrem referendum sit. Munus quod, quia cum Decorato magistratum gerere nolebat, recusavit (vd. III, 4.), magister. off. intellegunt intpp. multi, quod Decor. adiutor mag. off. erat (vd. p. 143.), Notk. autem consulatum fuisse duxit; quae sententia eam ob caussam non improbanda, quoniam Boeth. Cos. sine collega creatus est. —

11) Ennod. IX, 14. ,*Inter Ciceronis et Demosthenis gladios enituit et utriusque propositi acumina, quasi natus in ipsa artium pace collegit.*' De cons. II, 3.

celluit, quoniam a iure nunquam ad iniuriam detrahi poterat [12]). Theoderici Gothorum regis amicitiam iam antequam Cos. fieret, nactus est, eiusque ope multa egregia non modo eo ipso consulatus tempore, sed etiam postea gessit. Illius enim iussu rem numariam constituit [13]), et cum fructus male essent percepti, ut tota fere Italia inopia ac fame premeretur, Praefectus Praet. e publicis aerariis annonas exercitui coemi voluit, sed Boethius qui, ne hac coemptione Campania prorsus profligaretur, metuit, regem adiit et ut illa negligeretur petiit [14]). Privatos viros ab aulicis delatoribus sine iusta caussa accusatos poena, quae illis saepe iam indicta erat, liberavit, et multos, qui iniuria viros nobiles afficere animum induxerant [15]), deiecit, quare apud populum longe maximo honore fuit.

Uxore gaudebat *Rusticiana* Q. Aur. Memmii Symmachi filia [16]), ex qua filii duo Anic. Manl. Severinus

12) Cf. I, 4. p. 8, 24.   13) Cassiod. Var. I, 10.

14) Cf. Not. ad I, 4. p. 124. Iam ante Theodericum et Iustinianum (vd. Procop. h. arc. 338.) tales coemptiones (συνωνή) exactas esse hi Cod. Theod. loci demonstrant: l. VIII. *De annona et trib.* ll. XV. et XVIII. *De erogat. annon. milit.* l. XX. l. XXX.

15) I, 4. p. 9.

16) Rusticianam Symm. filiam Boethii uxorem fuisse et e lib. I. cap. 4, p. 12, 5., ‚*socer sanctus*', II, 4. p. 26, 9. et e Procop. h. Goth. I, 11. III, 20. apparet. *Elpidem* quamdam eum etiam in matrimonium duxisse eiusdemque filios *Hypatium* et *Patricium* ao. 500. consulatu functos esse *Rota*, *Bertius*, *Gervais.* aliique tradunt. *Vallin.* eius patrem *Festum* nominat, quem errorem sequitur *Wernsdorf.* (PP. lat. min. T. VI. p. 226.), qui adeo Boeth. socero suo Festo Maximianum in legatione Constantinopolitana commendavisse addit. Elpidem Siculam fuisse illud epigramma in obitum mariti, cuius nomen non constat (vd. Burm. Anth. Lat. Tom. II. epigr. 138. T. I. p. 321. Wernsdorf. l. c. Vol. III. p. 350.), testatur: mirum igitur est, quod multi VV. DD. hoc carmen ad Boeth. referunt, cum ipsi Elpidem ante Boeth.

Boethius et Q. Aurelius Memmius Symmachus ipsi nati sunt, quos pueros iam Coss. factos vidit [17]).

Diu autem, ut illa fortuna et domestica et publica frueretur, Boethio non contigit: nam, quoniam iustitia atque eloquentia sua permultos viros bonos a Theoderico capitis damnatos absolverat, odia aulicorum omnium in se convertit, neque defuere, qui eum et

mortuam esse dicant! Inscriptionem quamdam, qua illa B. uxor celebratur, inventam esse Panormi, dum collegii Societ. Iesu fundamenta effoderentur, narrat *Mongitor*. (bibl. Sic. Tom. I. p. 173. cf. Vulp. in fin. ed. Pat. 1721.), eamdem aliis in regionibus repertam dicunt *Tiraboschius* (storia della lett. ital. Tom. III. p. 54.) *Mazzuchellius* (gli scrittori d' Ital. p. 1413.) *Gyraldius* (de poet. histor. dial. p. 299. ed. Lugd. Bat. 1696.) et ceteri, quos vd. ap. Baur. p. 12.; eam vero fictam esse *Muratorius* (storia d' Ital. p. 420.) et recentiores omnes, qui in ea inquirenda operam posuerunt, *Millin*. (Reise durch d. Lombardei übers. v. C. L. Ring. I. p. 27.) *La Land*. (voyage en Italie T. II. p. 21.) *Valerius* (voyages historiques — en Ital. pend. les années 1826—28. Bruxelles 1835. p. 68 sq.) cognoverunt. Composuit Epis duos hymnos, qui adhuc hodie a catholicis canuntur, vd. Bert. praef. p. 17. (ed. Teubn. 1753.) Helfr. p. 22. Thomas. hymnar. (*Aurea lux* et *Felix per omn.*). Hypatius, qui Elpidis filius nominatur, sororis Anastasii (Cos. 492.) filius fuit, Patricius Phryx, vd. Hagenb. l. l. p. 81. Baron. et Reland. ad Fast. consular., et uterque a. 500. Cos. graecus creatus est, cf. Sirmond. ad Ennod. VIII, 1. Hand. p. 234. — Fabula de Elpide Boethii uxore et Hypat. ac Patricio eius filiis inde nata videtur, quod intpp. multi verba II, 3. p. 24, 11., ‚*cum tanto splendore socerorum*,' quae ad parentes Rusticianae referenda esse in Adnot. ad h. l. docui, male interpretati sunt, et quod ib. 21. ‚*regiae laud. orator*' de oratione, quam Boeth. eo quo Theodericus Romam occupavit anno (500.) habuisset, explicaverunt, quamvis orationem ao. 522. habitam, quo duo philosophi filii Boethius et Symmachus Coss. fuere et Theodericus Romam sedem ac domicilium constituit, intellegendam esse loci sententia postulet.

17) Vd. de cons. I. l. et infra p. 134. Coss. ordinarii fuerunt, non honorarii, quia hos primo anni die populus domo non deducebat, vd. Hagenb. p. 84., qui Ov. ex Ponto IV, 4, 18. 40. laudat.

apud regem criminarentur, et clam epistolam ad Iustinum imperatorem de restituenda libertate romana dedisse dicerent. Haec et talia praeter ceteros Basilius, Opilio et Gaudentius [18]) detulerunt, homines nequam, quorum primus a senatu motus, ut aes alienum solvere posset, accusatoris partes sustinuit et reliqui ob innumeras fraudes exilio mulctati eo ipso die, quo Ravenna urbe decedere cogebantur, delationem Boethio facessiverunt. Etenim se libertatem Romanorum, quam his Theodericus eripuerat, restitutam ac senatum salvum voluisse ipse affirmavit [19]), sed num litteras illas Constantinopolin miserit, quaeritur, nam has ab accusatoribus confectas et regi traditas ipsis verbis dicit [20]). Theodericus tamen illam delationem suscepit ac ne quaestionem quidem in accusatum habuit, sed eum aeque ac Symmachum, quem illius facinoris compotem isti calumpniatores indicaverant, Ticini in carcerem coniici iussit, ubi Boethius hos *de consolatione Philosophiae* libros composuit [21]). Bonis eorum

18) Cf. I, 4. p. 9, 13. ib. Adnot. 19) Ib. p. 9, 24 sqq.

20) Ib. p. 10, 13. — Boethium istam ad Iustinum epistolam ipsum dedisse contendunt *Anonymus Mellicensis* (l. l. ‚*B. cos. Graecis clam litteras misit* etc.') et illius vitae auctor, quam Mabillon. (Mus. ital. T. 1. p. 221. Freytag. vers. germ. p. 15.) in cod. ‚Laurentianae apud Florentiam bibliothecae invenit', et quam e cod. Gothano I. auctam in calce h. c. addidi. — Boeth. artis magicae accusatum esse verum non est, vd. Adnot. ad I, 4. (p. 127.), quem locum iam *de la Bouhiere* (vd. Cally. ib.) de facinore quodam interpretatur, quo perpetrato se maiores honores consequi posse B. putavit. — Inepta est *Anonymi Valesiani* (p. 561.) narratio, qui Boeth., quod Albinum contra Cypriani delationem defendisset, in vincula coniectum et in agro Calventiano occisum esse tradit. Quo loco idem scriptor de necessitudine inter Ioannem papam et Boeth. agat, vd. Baur. p. 13. N. 14., me fugit. —

21) I, 3. p. 5, 5 sqq. II, 4. p. 27, 20. Mortuus est Boeth. a. 525 (524). vd. Procop. III, 20. Marii chron. ad a. 524. (‚in territorio Mediolanensi') Tritenh. l. l. *Hendreich.* Pandect. Branden-

publicatis aliquot annis post uterque in praetorio amicis circumstantibus summo supplicio affectus est. Regem autem illud scelus a se in viros nobilissimos commissum deflevisse, neque multo post dolore ingente affectum diem supremum obiisse [22]), et Rusticianam marito occiso, ut vitam sustentaret, mendicare coactam esse tradunt [23]).

Quae de vita Boethii enarravimus, et in suis ipsius libris et apud aequales suos, apud Cassiodorum, Ennodium Procopiumque leguntur. Scriptores seriores, qui sec. VIII. et IX. vivebant, multa addiderunt, quae VV. DD., qui de Boethii vita disputaverunt, sincera atque incorrupta fide servare non dubitaverunt: sed sec. IX. et X., quo tempore philosophus vixerit, e vita cod. Goth., quam infra adieci, scriptoribus ignotum fuisse apparet. Religionem christianam eum esse professum, libros *de sancta trinitate* composuisse aliaque fere incredibilia a recentioribus nobiscum communicantur, quamquam ex ipsius Boethii scriptis eum *paganorum cultui* addictum fuisse colligi potest. Sed de religione Boethii, illis disputationibus theologicis, et de eius philosophia cap. altero agam, nunc eius libros,

burg. p. 621. 6. AA. SS. Maii Tom. II. p. 594. — *Peringskiold* ad vit. Theoderic. a Io. Cochleo scriptam (Holmiae 1699. 4.) p. 40. Aub. Miraeus de scr. eccl. III, 22. anno 526., Vinc. Bellov. (sp. h. XXII, 15. d. XVII, 56.) a. 521. Sigebert. Gemblac. (de scr. eccl. c. 27.) 517. eum interemptum esse tradunt. Carmen Symmachi cuiusdam de B. morte vd. in Burm. Anthol. I. p. 137. Barth. Advers. LVI, 10.

22) Procop. Goth. I, 11. *Ἀποκλαύσας [Θευδέριχος] δὲ καὶ περιαλγήσας τῇ ξυμφορᾷ οὐ πολλῷ ὕστερον ἐτελεύτησεν.*

23) Procop. III, 20. *Καὶ οὐχ ἥκιστα Ῥουστικιανῇ τῇ Βοετίου μὲν γαμετῇ γενομένῃ παιδὶ δὲ Συμμάχου καὶ τὴν οὐσίαν ἀεὶ τοῖς δεομένοις προτεινομένῃ, δούλων τε καὶ ἀγροίκων ἀμπεχομένῃ ἱμάτια πρὸς τῶν πολεμίων ἄρτον ἢ ἄλλο τι τῶν ἀναγκαίων αἰτουμένῃ βιοῦν.*

qui genuini sunt, indicabo, ac de dicendi genere, quo usus est, pauca subiiciam.

Aristotelis et Platonis scripta omnia vertere atque interpretari eorumque sententias in unam concordiam redigere Boethium voluisse ipse testatur [24]; sed transtulit tantum *Aristotelis analytica priora et posteriora* [25], *Arist. Topica* [26] *atque Elencha sophistica*, et commentarios perfecit in *Porphyrii Isagogen* a Victorino translatam l. II, in *Porphyr. Isag.* a se ipso translatam libr. V [27], in *Aristotelis Categorias* l. IV [28], in *eiusdem librum περὶ ἑρμηνείας* lib. I [29], edit. secundae lib. VI [b], in *Aristotelis Topica* [30], qui quidem commentarius ad nos non pervenit, et in *Topica Ciceronis* [31]. Praeterea scripsit *Introductionis in syllogismos categoricos* libr. I [32], *de syllogismis hypotheticis* libr. II [33], *de definitione* libr. I, *de divisione* lib. I, *de differentiis topicis* lib. IV, *de Arithmetica* libr. II [34], *de Musica* libr. V [35], in exilio *de conso-*

24) Cf. p. 318. (Glar.): *Ego omne Arist. opus — — in latinam redigam formam. His peractis non contempserim Arist. Platonisque sententias in unam quodammodo revocare concordiam — et in plerisque quae sunt in philosophia maxime consentire demonstrem.*

25) Librum *Analytica* vocatum promittit p. 605.

26) Commemorat. p. 765. 857. 887. Cassiod. Dial. p. 567.

27) Cassiod. ib.

28) Cos. factus h. comm. composuit, p. 314. Ennod. IX, 14. Cass. ib., uberiorem in Categor. promittit, qui non extat, p. 112.

29) P. 372. 440. b) 582. 858. Breviarium l. de interpretat. pollicetur ib., Cass. ib.

30) P. 887. 31) Cf. p. 763. 857. 887. Cass. l. l. Ultima pars deest, vd. *Suringar.* de Schol. T. I. p. 176., aliquot eius capita invenit in cod. Paris. *Hase*, vd. Baiter. praef. in ed. h. comment. (Cic. Opp. ed. Orell. Vol. V. P. I. p. 389.)

32) Vd. p. 608. 33) P. 823. 885. Cass. l. c.

34) Cf. p. 1396. 1413. 1428. 1573. Cassiod. Arithm. p. 572. Var. I, 45., qui ibi eum etiam Nicomachi libr. de Ar. transtulisse dicit.

35) P. 1473. Pythagor. de Mus. transt. Cass. I, 45.

latione philosophiae libr. V et *Euclidis de Geometria* libr. II[36]), *de Astronomia Ptolemaei* libros et de mechanica *Archimedis*[37]) transtulit. Num libros *de unitate et uno*, *de bono* et *hebdomades* composuerit, ab aequalibus non traditur, et fortasse B. non sunt, nam cum Ioanne papa cui inscribuntur, commercium non habuit. Multi autem libelli, qui scriptori adiudicantur, a VV. DD. medii aevi, quos Boethii scripta saepe imitatos esse constat, profecti sunt. Quorum aliquot mentionem facit Tritenhemius[38]) et theologici tractatus infra recensebuntur: hic de eo tantum, qui *de disciplina scholarium* inscribitur, breviter dicam. Vindicaverunt hunc Boethio *Baron.*[39]), *Bertius*[40]), *Papebroch.*[41]) aliique, sed non modo dicendi genus, verum ipsae res nonnullis seculis post ab homine minus docto, magis arrogante eum esse conscriptum indicant: sed quis eius auctor et quo tempore confectus sit, lis est adhuc sub iudice. *Labbius*[42]) enim *Dionysium de Leevis* Rickeliensem, monachum quemdam Carthusianum, qui sec. XV. vixit et libros aliquot *de disciplina* edidit, hunc tractatum fecisse opinatur, qua in re ei adsentiuntur *Clericus*[43]) et *Freytag. iunior*[44]); ex eo autem testimonio, quod infra proferam, hanc

36) Cass. Geom. p. 577. Var. I, 45. 37) Cass. ib.

38) Vd. de script. eccl. p. 238. De fragmentis librorum ‚*de rhetorices cognatione* et *de locorum rhet. distinctione*, quae in cod. Vatic. *A. Maius* (Class. auctor. etc. III. p. 315.) invenit, ac quorum mentio fit a *Sigebert. Gemblac.* (de script. illust. 37.), bene *Baur.* (p. 11.) iudicat, qui utrumque librum quartum librorum ‚*de different. top.*‘ esse statuit. — De *hebdomadibus* vd. Catalog. libr. mtorum Angliae T. I. p. 94. 104., ubi fortasse *Alani* esse dicuntur.

39) Annal. eccl. ad ann. 522.

40) Praef. p. 17. ed. Teubner 1753. 41) AA. SS. Maii Tom. VI. p. 706. 42) De script. eccles. Vol. I. p. 206. 43) Bibl. chois. T. XVI. p. 195. 44) Vers. german. p. 22.

sententiam non esse probabilem elucebit. Contra *Iac. Thomasius* [45]) eum *Thomae Brabantino* sive *Cantipratano* tribuit, quia in fine edit. Colon. (ap. Quentel. 1509.) ‚*Auctoritatum Aristotelis*' haec verba legerentur: ‚*Sequuntur Auctoritates Thomae Brabantini ex libro de institutione scholastica praetitulato quem humilitatis et maioris auctoritatis caussa Boetio adscripsit.*' Quam Thomasii opinionem multi VV. DD. amplexi sunt, quorum *Freytag. patrem* et *Savignyum* [46]) celeberrimum attulisse sufficiet. Nonnulla autem obstant, quae, si prius de libelli argumento pauca excerpserim, proferam. — Litteras ordinat auctor secundum trivium et quadrivium, logicam vocat *imperialem doctrinam* [47]); deinde mores depravatos eorum iuvenum, qui scholam Parisiensem frequentabant, describit [48]), tum quomodo instituendum sit, ut quis magister fiat idoneus, docet [49]), denique de *promotionibus*, quas dicunt, agit [50]). At baccalaureatus, licentiatus et doctoratus gradus ei innotuerunt, neque commemorat tentamina ante promotionis actum instituenda, neque cancellarios, qui magistros et doctores creare solebant. Omnino de iis promotionibus, quas, qui ipsi docere volebant, subierunt, sine dubio verba facit; et divites plerumque magistri creati esse videntur, qui privato sumptu, primi anni magisterii decursu se sustentare

45) Program. Lips. 1662. 4., vd. *Freytag.* Apparat. lit. Tom. I. p. 253. 46) Vd. histor. iur. Tom. III. p. 315. 47) Cap. I. 48) Cap. II. 49) Ib. et Cap. III.

50) Cap. V. ‚*Cum autem dies summae promotionis adfuerit brevi stemmate compendiosoque affatu veneranda commendetur sociorum collectio, sicque ad honoris initialis incrementa intrepide procedendum est, decente ornatu, festivo apparatu, si facultas suppetat cunctis vel ad libitum eiusdem saltem professionis splendidae procurato.*' Cf. *Meiners* Gesch. der Universitäten. Th. II. p. 213. 14. *Schwarz.* Erziehungslehre II. p. 449. 50. *C. Passov.* Beitr. z. Gesch. d. deutsch. Universit. p. 45.

poterant [51]). Sed probantne haec Thomam Cantipr. auctorem istius libri esse non posse? Fortasse consulto illa graduum nomina reticuit, ne quis opus illud praeclarum Boethii non esse suspicaretur. Nihil sane impediret, quominus illud Thomae vindicaremus, nisi eius mentionem faceret *Vincentius Bellovacensis* [52]), qui paulo ante Thomae obitum mortuus est [53]). Itaque homo quidam doctus exitu sec. XII. (fortasse decennio post scholam Parisiis institutam) hoc scriptum composuisse mihi videtur, et is Gallus: quoniam a scriptoribus aliis sec. XIII. et XIV. nisi a Vincentio, qui Galliam patriam habuit, non laudatur. Nomen auctoris non constat, et quid refert? Codices qui inveniuntur, sec. XV. exarati esse videntur omnes [54]): commentariis eximiis eximium opus illustraverunt *Thomas Aquinas* [55]), si deo placet, et *Vetelegus* [56]).

Ingenium eius seculi quo Boethius vivebat tale erat, ut studia quae humanitatis vocantur, poesis, grammatica, rhetorica ac philosophia ne dicam contempnerentur, saltem neglegerentur [57]). Dicendi genus

51) Ibid.: ‚*Caute tamen considerandum est, cautiusque investigandum ante magisterii elationem ut, primi anni decursu propria possit susteniari, si opus fuerit, facultate: turpe est enim ob reverentiam tanti nominis prima fronte mendicari ut Strictonius* etc."

52) Cf. spec. doctr. II, 30. 37. 38. XVII, 56. histor. XXII, 15.

53) Obiit *Vincent.* anno 1264., ordini praedicatorum adscriptus et filiorum Ludovici sti praeceptor: *Thomas* 1273., cf. Tritenh. de script. eccl. n. 469. Mirum sane foret, si *Vinc.* hunc *Thomae* tractatum pro Boethiano habuisset!

54) *Haenel.* catal. libr. mtorum p. 254. 462. 527.

55) Saepe editus ille liber cum hoc comment.: Venet. 1487. 89. 97. Lugd. 1487. 90. 93. vd. *Schweiger.* Handbuch. Vol. II. P. I. p. 29 etc.

56) Vd. *Io. Leland* de script. Britann. p. 360. Fabric. ad bibl. lat. supplem. p. 274. 57) Comment. in Top. Cic. l. II. in.

multum distabat a vetere, nam scriptores fere omnes non modo vocibus male compositis saepius utebantur, verum etiam quae cogitabant, obscure atque confuse exprimere solebant. Boethius solus, quem vere ,ultimum Romanum' appellant [58]), veterum dicendi normam imitatus est, quamquam illa sententiarum obscuritas, illaeque voces barbarae huius seculi propriae ab eo non omnino alienae sunt. — Ut tantum de eo quem edidi libro dicam, observandum erit illum esse *satyricon* [59]), librum, qui ex variis partibus, ex poematis et ex oratione pedestri constat, quales scripserunt Petronius Arbiter et Martianus Capella, cuius libri ,de nuptiis Philologiae et Mercurii' formam Boeth. imitatum esse VV. DD. sec. X. iam senserunt [60]). Fuerunt sane, qui eius poemata eiusque stilum, ut ita loquar, summis laudibus efferrent [61]), fuerunt, qui eum Virgilio et Horatio in carminibus, Ciceroni in oratione pedestri parem iudicarent, sed ista poesis cum veterum Romanorum lyrica quodam modo comparari potest, quoniam haec non tam ex intimis animi sensibus quam a rebus in facto positis fere profecta videtur [62]), contra illa ex quadam sensuum agitatione ita tamen, ut

58) *Haase* Kirchengeschichte pag. 127: *,Er war durch Geburt, Verdienst, Glück wie ein grosser Römer aus der Zeit des Augustus und der Letzte.'*

59) Diomed. III, 483. *Sciopp.* Praef. ad Element. philos. stoic. mor. p. 4. 60) Vd. infra Vitam e cod. Goth. descriptam.

61) De stilo Boethiano vd. *Casaubon.* in Crenii Mus. P. I. p. 207., *Morhof.* Polyhist. s. ,Boet.' *Nolden.* Antibarb. p. 1897. *Heineccii* Fundam. stili cult. p. 173. *Scalig.* Hypercrit. VI. p. 761. *,Seculi barbarie eius oratio soluta deterior, at quae libuit ludere in poesi, divina sane sunt'* etc. Bene *Bernhardy.* (Röm. Liter. p. 316.) de toto libro iudicat: *,Es ist mittelmässig bei der besten Gesinnung.'*

62) De veter. poesi vd. *Friedemann.* Paraenes. I. 170. 214. IV. 300. V. 137.

ad vetus dicendi genus prope accederet: Boeth. igitur poesis inter *obiectivam*, ut recentiorum philosophorum verbis utar, et *subiectivam* quasi media est [63]. Versus autem ipsi non solum graves sententiis, sed etiam culti atque artis metricae legibus accommodati sunt; et enuntiationes pedestris orationis bene cohaerent, ac paucae tantum in hoc dialogo — plures in reliquis scriptoris libris — hiulcae inveniuntur. Constructionum et verborum aliquot Boeth. propriorum in adnotat. meis ad I, 4. II, 1. etc. mentionem faciam, alia hic enumerabo. Interpp. autem praesertim *Cally* et *Helfr.* [64]) multas voces barbaras dampnaverunt, quibus iam scriptores aureae et argenteae, ut vocant, aetatis usi sunt: observandum etiam est seriores (inde a sec. IV—VI.) fere omnes saepius et verba poetica et constructiones, quae ante Ciceronem apud comicos inveniuntur, usurpare, quare neque haec adiectiva in *bilis* et *alis* desinentia: *corporalis* [65]), *dubitabilis* [66]), *inopinabilis* [67]), *inextricabilis* [68]), *indeclinabilis* [69]), *legalis* [70]), *poenalis* [71]), *sensibilis* [72]), *universalis* [73]), *temporalis* [74]); neque haec verba: *adunare* [75]), *convincere* (*überzeu-*

63) Veteres Romani in carminibus lyricis sive laudes deorum sive amorem erga patriam et amicos, sive odium erga inimicos aliaque his similia tractabant, nunquam autem placita philosophorum: sed quod Boeth. in custodiis haec poemata composuit, ut dolorem suum ob iniustam accusationem exprimeret, eius poesis cum vetere etiam lyrica comparari potest.

64) Vd. p. 118. Not. ad I, 5. p. 128. etc. III. carm. 12. p. 148.

65) III, 7 etc. Senec. Ep. 53. 58. Petron. 61, 7. 66) IV, 2. cf. Ov. Met. I, 223. XIII, 21. 67) IV, 7. Gell. XVII, 12, 9. 68) III, 12. Plin. h. n. XX, 21. [Cic. Acad. IV, 29, 95. nunc *inexplicabilis* editur]. 69) IV, 6. Gell. VI, 2. Senec. Ep. 67. 78. 70) IV, 5. Quinct. III, 5, 8. 71) IV, 4. Barth. Advers. p. 1975. Plin. h. n. XVIII, 11. 72) V, 5. Sen. ep. 124. 73) V, 4. 74) V, 6 in. Tac. Agr. 46, 2. Quinct. VI, 2. Male autem ib. B. *temporales res* (*zeitliche dinge*) dicit. 75) IV, 6. Iustin. XV, 14. XVI, 2. *Cellar.* cur. poster. p. 160.

gen) [76]), *emarcescere* [77]), *evacuare* [78]), *fatiscere* [79]), *inhabitare* [80]), *praedestinare* [81]), *sequestrare* [82]) aliaque, neque substantiva *infinitas*, *intellegentia (höchste einsicht)*, *praenotio* [83]), *substantia divina* [84]), *valentia* [85]), neque adverbia *aliquatenus* [86]), *forinsecus* [87]), neque constructiones *patriam reverti* [88]), *gesta tibi sese penetrare, ex arbitrio* [89]), *utraeque litterae (Buchstaben)*, *compendium (gewinn)*, *indiscreta confusio* [90]), barbarae et cum scriptorum illorum sec. tum Boethii propriae vocari possunt. Voces autem quae sequuntur et constructiones apud alios non leguntur nisi apud scriptores sec. IV. V. VI., apud patres ecclesiasticos et apud Boethium, qui aliquot ipse composuisse videtur: *adunatio* [91]), *angelica virtus* [92]), *coaeternus* [93]), *conceptionis universale* (allgemeiner begriff) [94]), *compepetenter* [95]), *contempero* [96]), *converso* [97]), *corollarium*

76) De constr. vd. p. 127. *Nolten.* p. 1370. 77) IV, 7. Cels. II, 8. Plin. h. n. XV, 29. 78) V, 6. Plin. h. n. XX, 6. 79) IV. carm. 6, 43. Val. Flacc. III, 395. VII, 598. (=*perdere*). 80) I, 5. Plin. h. n. VI, 17. 81) V, 2. Liv. XLV, 40. *Cellar.* l. l. p. 75. 82) Vd. p. 142. 83) V, 4. 6. Cic. Acad. IV, 118. N. D. I, 26, 73. Inv. II, 53, 160. *intelleg.* -- *sunt*, de Div. I, 32, 70. N. D. I, 17. 84) III, 12. Similiter *res div.*, quae apud vett. sane de *physicis* dicuntur, non de rebus ad deum spectantibus. 85) I, 1. Naev. ap. Non. p. 901. Macrob. Saturn. II, 14. 86) V, 6. Plin. h. n. XXIII, 7. Sen. ep. 116, Pomp. Mel. II, 4. 4. Colum. IV, 3. [Cic. ad Att. XII, 21.? *aut quat.*] 87) V, 5. Plin. XIII, 22. Colum. VIII, 3. Apul. Met. IV. p. 147. Elm. 88) IV, 1. Ramsh. §. 134. 89) Vd. p. 128. 131. 134. 90) I, 1. p. 2, 19. Tacit. de Orat. II, 2. ib. Hess. — V, 1. p. 98, 33. *comp. fortuitum* (zufällig. gew.), vd. Cic. pro Rosc. Com. 16, 49. Offic. III, 15. 63.: *Freytag.* et *Helfr.* pessime *zuf. zusammentreffen.* — *ind. c.* V, 3. vd. Tac. Hist. IV, 52. 91) IV, 6. Cassiod. Var. IV, 33. 36. Cyprian. ep. 57. 60. 92) IV, 6. Vd. proleg. cap. 2 93) V, 6. Tertull. adv. Herm. 11. Hieron. Ep. 16. 4. 94) V, 4. Alio sensu *concept.* voce Cicero de Inv. II, 19. utitur. 95) IV, 6. Ulp. Dig. XXIV, 3, 22. 96) III. 12. Vitruv. IX, 4. Apic. IV, 2. 97) Vd. p. 155.

(*πόρισμα*, conclusio)[98], *discretio* (discrimen, delectus)[99], *exacervare*, *expetibilis*[100], *exularis*[101], *formaliter*[102], *fortuitu*[103], [*gravari pessum*][104], *inlatio*[105] (schluss), *imaginabilis, in totum* (omnino), *in speculi vicem*[106], *incommutabilitas*[107], *inconsummatus*[108], *individuitas*[109], *inevitabiliter*[110], *intuitus*[111], *sufficientia*, *insufficientia*[112], *interminabilis*[113], *inviolabiliter*[114], *latus disputationis*[115], *lethargus* (betäubung)[116], *materialis*[117], *medietas*[118], *mundanus* (adi.)[119], *momentarius*, *muscula*[120], *nescitus*[121], *notitiarum subiecta, obiectae qualitates*[122], [*palatinae canes*[123]], *participatio*[124], *passio corpor.*[125], *perspicaciter*[126], *possibilis*[127], *praecognitio*, *positionis gratia statuere*[128], *praedestinatio*[129], *praescientia, praescita res*[130], *praesentarie*[131], *prolixitas*[132], *purgatorius*[133], *qualitas*

98) III, 10. Ernest. Clav. Cic. s. v. 99) I, 1. Pallad. Iul. 45. *Krebs.* Antib. s. v. 100) P. 126. 138. 101) I, 5. Ammian. Marc. XIV, 5. XV, 3. 102) V, 4. Icti *form. iurare* saepe dixerunt vd. *Godofred.* Gloss. nom. s. v. 103) P. 154. 104) V. carm. 5, 14. Sed *hisdem* ab *hicdem* (IV. carm. 6, 25) emendav. 105) IV, 4. Apulei. de dogm. Plat. III.: *dico inlationem quod acceptionibus conligitur.* 106) V, 5. V. carm. 3, 23. carm. 4, 14. Haec soli B. sunt. 107) IV, 6. August. Conf. VII, 19. XII, 12. 108) III, 10. Ammian. XXI, 18. 109) IV, 6. Tertull. monog. 5. 110) V, 3. August. Enchir. 13. 111) I, 1. *Krebs.* l. l. 112) III, 3. Tert. ad ux. I, 4. 113) V, 6. 114) III, 10. Marc. et Faustin. ad imp. Valent. p. 46. Sirm. 115) V, 1. ib. *Cally.* 116) I, 2. Torrent. ad Hor. ep. I, 8. 10. 117) V, 1. Macrob. ad Somn. I, 12. 118) IV, 6. Eutrop. II, 16, 10. [Cic. univ. 7.] 119) III, 12. Macrob. ad Somn. I, 16. 120) P. 136. 138. 121) V. carm. 3, 17. Sidon. ep. VIII, 6. 122) V, 5. in. 123) I, 4. *Barth.* Adv. p. 2285. 124) III, 10. Aug. Quaest. 24. 125) V, 5. in. *Cellar.* Antib. p. 136. 126) III. 9. Ammian. XXIX, 4. 127) V, 3. etc. *Krebs.* l. l. 128) V, 4. 129) V, 3. Fulgent. ad Mon. I. 130) V, 3. August. C. D. V, 19. *Barth.* l. l. p. 1519. 131) V, 6. Adiect. utitur Plaut. Poen. III, 3, 92. Trin. IV, 3, 74., sed *praesentiarius* (p. 112, 18.) nihili est. 132) IV, 6. Arnob. VII. p. 250. *Cellar.* l. l. 133) IV, 4. Symm. ep. VI, 65.

status [134]), *rationabiliter* [135]), *sin vero* [136]), *sospitas* [137]), *speculatio* [138]), *subintrare* [139]), *temporaliter, veraciter* [140]), *universalitas* (allgem. begr.) [141]) et alia. Ceterum tales voces Boeth. tum tantum format iisque utitur, cum periphrasi res obscurae fiunt, quamquam in tractanda philosophia semper ‚incorrupta veritas' exprimenda est [142]).

Huic capiti vitam (sive vitas) Boethii, quam in antiquissimo Gothano cod. (*A*) inveni, adfigam, quoniam ea mea de Pseudo-Thomae Aquin. in libros de cons. Ph. commentario (vd. cap. III.) sententia nititur. Initium in pluribus codd. legitur, et Laurentianus hanc habet inscriptionem: *Q. Fabius Cos. fecit hunc prologum vel Boetius ipse, vel quidam Scottigena i. e. discipulus Boetii* [a]).

‚*Tempore deoderici* (teotrici cd. L.) *regiſ inſigniſ auctor boetiuſ claruit qui uirtute ſua cſ. in urbe fuit. Cum uero deodericuſ rex uoluit tirannidem exercere in urbe ac bonoſ quoſque ex* (*in* L.) *ſenatu necem* (*neci* L.) *dare boetiuſ uero* (om. L.) *eiuſ doloſ effugere geſtienſ quippe qui boniſ omnibuſ necem parabat, uidelicet clam litteriſ ad graecoſ miſſiſ nitebatur urbe* (*urbem* L.) *et ſenatum ex eiuſ impiiſ manibuſ eruere et eorum ſubdere defenſioni. Sed poſtquam a rege reuſ maieſtatiſ conuictuſ* (*eſt* cod. L.) *iuſſuſ eſt detrudi* (*retr.* L.) *in carcerem. In quo poſituſ* (*repoſ.* L.) *hoſ libroſ per ſatiram edidit imitatuſ uidelicet marcianum felic. capellam qui primuſ libroſ de nuptiiſ philologiae et mercurii eadem ſpecie poematiſ*

134) IV, 6. 135) II, 5. Cass. II. 3. Mart. Cap. I, 6. 136) P. 137. 137) I, 6. Macrob. Sat. I, 17. *Barth.* l. l. 138) VI, 1. Aug. Enchir. 24. 139) III, 5. 140) III, 9. Tert. adv. Iud. 2. Aug. C. D. V, 8. [Plaut. ap. Prisc. p. 1010.] 141) III, 12. 142) Ad Porph. p. 46. p. 2.

a) Vd. *Mabillon*, Mus. ital. I. p. 221. — p. XIV. n. 20.

conſcripſerat ſed iſte longe nobiliore materia et facundia praecellit quippe qui nec tullio in profa (impar ſit L.) *nec uirgilio in metro inferior floruit.* [Cetera desunt in cod. Laur.] — *Iſte boetiuſ cſ. fuit romanorum deoderico duce, eo tempore inuaſerunt gothi romam et abſtulerunt libertatem orum* (leg. *romanorum). Poſtea dum iſte noluit fauere eiſ miſſuſ eſt exilio. dum erat in ergaſtulo adhibuit ſibi conſolationem uidelicet philoſophiam ne nimio dolore aut triſticia uel ira quandoque laberetur indeſperationem (!) quia peruitioſum erat apud uetereſ ſi quiſ facile iraſceretur. Duo tamen filii eiuſ in conſulatu permanſerunt ſub regia poteſtate* b) *boetiuſ uero in pretorio amiciſ eiuſ circumſtantibuſ gladiiſ interremptuſ eſt.*

Boetiuſ iſte de familia fuit torquati mallii nobiliſſimi uiri. qui (= Boeth.) *et iam* (leg. *etiam) peritiſſimuſ fuit utriuſque linguae graecae et latinae. Vnet* (leg. *unde) fultuſ auctoritate graecae ſcientiae multoſ libroſ de graeco in latinum tranſtulit. Fecit et commentum ſuper yſagogaſ. i. (= id eſt) introductioneſ ariſtoteliſ* (suprascr. *porphyrii). edidit et aliud ſuper porphyrii* (suprascr. *ariſtoteliſ) periermenia* (περὶ ἑρμηνείας) *.i. interpretationeſ* (leg. *interpretationem) quod diuiſit in duo uolumina. Quorum alterum analitica. i. reſolutoria adpellauit ubi omneſ ſyllogiſmi rethoricae artiſ reſoluuntur. Conpoſuit muſicam quam de pithagora et ptolemeo graeciſ nec non etiam arithmeticam cuiuſ parteſ ſumpſit de nicomacho. Fecit et alioſ* (adde *libroſ) perplureſ. Nouiſſime autem iam ſenex edidit hunc libellum in exilio poſituſ haec (!) de cauſſa. Teodericuſ rex gothorum cum per tirannidem ciuitatem inuaſiſſet et omneſ coſſ. nobileſque romanorum alioſ occidiſſet alioſ in exilium miſiſſet hic iam conſul factuſ et filioſ iam coſſ. factoſ habenſ peritiſſimuſ ſapientia cum* (adde *eſſet) et conſilio R. P. ad libertatem reuocare uole-*

b) *Duo — pot.* affert Vall. ad I, 4. e Victorino quodam (c I.?) cod.

bat. Qua de cauſſa inſimulatuſ apud deodericum regem in exilio (!) eſt relegatuſ ubi hunc librum edidit. In quo [sine dubio hic plura desiderantur, sequentia enim de tempore quo libr. de sta trin. scripserit agunt] *c̄quaeritur* (leg. *quaer.) a nonnulliſ quo tempore fuerit. Dicunt enim quidam quod fuerit tempore martiani imperatoriſ conligenteſ hoc ex quatuor ſynodiſ quarum una nicea fuit altera conſtantinopolitana tertia ariminenſiſ quarta calcedonenſiſ. Dicunt autem quod fecit librum de ſta trinitate* (add. *et) contra mneſtorium et euticen ubi m̄t onē fac̄ (mentionem facit) calcedonenſiſ ſynodi. Poteſt uero fieri ut adhuc inueniſ ſub marciano fuerit et iam ſenex ſub teoderico rege hunc librum conpoſuerit. Imitatuſ eſt autem marcianum partim in proſa partim in metro eum conponenſ: adeoque in eoque* (del. *que) ualuit ut nec tullio in proſa nec homero in metro inferior uideatur.*

Iſte liber conponitur quinque partibuſ .i. genere. ſpecie. differentia pr. . . . . ccidende (leg. *proprio et accidente* cf. Porphyr. Isag. cap. 4.). *Anic̄. M. Multi dicunt iſta praenomina eſſe multi cognomina ſed uerior ratio demonſtrat quod precipuorum amicorum* (leg. *atavorum) ſibi boetiuſ prepoſuerit nomina. uelut aureliuſ. auguſtinuſ. fuerunt etenim anicii et malliuſ et ſeuerinuſ coſſ. romanorum. Tempore quidem consulatus boetii capta roma a duce deoderico et ipſo boetio nihil ei fauente ablata enim* (leg. *eſt) lex romanorum eiuſque libertaſ. Boetiuſ uero retruſuſ eſt in exilium, ubi ſuam et romanorum defendit libertatem. Aliter. Nobileſ romani auſpicata nomina et prenomina ſuiſ filiiſ inponebant ut in ipſiſ nominibuſ origo eorum agnoſceretur et qualeſ futuri eſſent in ipſiſ nominibuſ praehenderentur (deprehend.?). Boetiuſ ergo nominatuſ eſt aniciuſ eo quod fuerit de genere aniciorum. anicii autem dicti ſunt fabii quaſi inuicti. anicoſ* (ἀνίκητος) *namque graece dicitur inuictuſ. dictuſ eſt etiam malliuſ a manlio torquato qui torquatuſ dictuſ eſt quod ſingulari*

certamine quemdam callum (Gallum) uicerit et torquem auream ei abſtulerit et ſibi inpoſuerit. [Cic. de fin. II, 22, 73.] *Seuerinuſ a ſeueritate iudiciaria. Boetiuſ a graeco BωIΘHC* (βοηϑὸς) *.i. adiutor. eo quod multorum fuerit adiutor. maxime ſymachi qa* (leg. *quia) fuit ſocer eiuſ* [c]) *ordinariuſ dicebatur* [d]) *qui* (leg. *quia) in dignitate conſulari erat ordinatuſ uel quia alioſ ordinabat uel ſuper ordineſ dignitatem hn* (leg. *hanc) uel etiam quia gradatim ad ſummum gradum perue. . .* (scr. *peruenit).*

c) Glossae Mag. Guillehelmi (vd. cap. III. n. 21.): *Anicius dictus est boet. quasi invictus. a* (α) *enim sine niche* (νίκη) *vero victus (!) dicitur. inde anic. quasi invictus dicitur quod nunquam vicio potuit vinci. Manlius dictus est, quod de progenie manlii torquati fuit. iste manl. quondam gallum quemdam singulari devicit certamine et torquem auream, quam circa callem* (leg. *collum) habuit abstulit. inde torquatus dictus est, deinde omnes de eius progenie dicti sunt manlii. boetius dictus est quasi adiutor, quia in necessitate indigentibus subveniebat. severin. quasi severitatem sequens, quod in iudiciis nec odio nec amore in iniuriam flecti potuit.* — Similiter Pseudo Thomas [ed. Hagenav. 1491.] *Anic. [dictus est] quasi invictus ab a quod est sine et nichos victoria. Nunquam enim B. vinci poterat ut flecteretur ad iniuriam. Secundo B. dict. fuit Manlius quod de genere Manliorum fuit, qui erant nobiles Romani. Tertio dict. fuit Torquatus a quodam nobili rom. qui cum singulare bellum iniret cum quodam de gallia, ipsum devicit et torquem in collo habentem sibi abstulit. Quarto d. f. B. Severinus a severitate. Severus enim fuit cum Theoderico regi se opposuit, vel d. f. Sever. quasi sequens veritatem* etc.

d) Ps. Thomas: *ordinarius dicebatur qui remp. ordinavit, vel qui tantae dignitatis erant, ut quolibet ordine digni essent.*

buisse B., quod Cassiodori, Ennodii et Symmachi virorum illarum controversiarum theologicarum peritissimorum amicus fuisset, contendit, tum de dicendi generis diversitate pauca disserit, denique opusculorum Boethii theologicorum testimonia affert.

Primum autem paganos sec. V. et VI. iam oppressos fuisse verum non est, nam illos philosophos graecos Proclum, Heliodorum, Ammonium, Damascium, Stobaeum ceterosque ne commemorem, neve Agathiae, Tribonarii, Procopii mentionem faciam, cum in toto terrarum orbe, tum in Italia gentiles etiamtum diis suis sacra impendisse multi Procopii loci et praesertim Theoderici edictum post a. 560., quo Italiam invasit, promulgatum docent [12]. Supplicia autem, quae leges et ante Theodericum et eo ipso tempore latae hominibus a religione chritiana abhorrentibus minabantur, perraro da eis paganis sumpta sunt, qui aut divitiis abundabant ac nobili stirpe orti erant, aut doctrina litterisque excellebant [13]. Factum autem est saepius, quoniam paganos funditus extirpare voluerunt imperatores, ut viri, qui pravae consuetudini se addixissent, aut quodam scelere se inquinavissent, non ob ipsum scelus, sed ob religionem trucidarentur. Eamdem ob caussam, num B. necatus sit non constat quidem, sed illud suspicati sunt VV. aliquot DD., nec sine idonea caussa [14].

Quod si tractatus illos, quos a Boeth. abiudicamus, theologicos IV accuratius perlustraverimus, in illis catholicorum dogmata et Aristotelicis categoriis et Augustini [15]) sententiis defendi ac firmari inveniemus. In

12) Hist. arc. 151. de b. Pers. I, S. f. de Aedif. I, S. f. [Evagr. hist. eccl. IV, 19. 22.] Cass. Edict. n. 108. *„Si quis pagano ritu sacrificare fuerit deprehensus — sub iusta aestimatione capite puniantur“* etc. — 13) Arnold. l. l. p. 228. 14) Censor l. *Bauri* in Heidelberg. Iahrb. III. Doppelh. p. 469. 15) Augustinum adhibuit auctor, vd. praef. ad l. de tr.

primo enim, qui *de sta trinitate* inscribitur, scriptor deum comparat cum praedicamentis, et omnia, quae in eo corpore carente coniuncta insint, in ceteris rebus corporeis esse disiuncta demonstrat et in deum[16]), quo modo in relatione appareat, inquirit. Exemplo eodem, quo Aristoteles utitur, allato concludit: esse quod sui est (das sein an sich) non ad alterum refertur; pater enim et filius in relatione diversi sunt, non in re, nam ,in rebus incorporalibus distantiae efficiuntur differentiis, non locis[17]).' Pater creavit quidem filium, uterque spiritum sanctum, sed incorporales sunt, quare locis non distant et hac differentia sublata ,pluralitas' tollitur: deus vero deum tantum gignere potuit, quare deus pater, d. filius, d. spiritus stus est, et cum ,in rebus numerabilibus repetitio unitatum non faciat pluralitatem,' trinitas et unitas in deo est[18]). — Alterius *(quomodo pater — substantialiter praedicantur)* disputationis hoc argumentum est: Deus est substantia, pater autem filius ac spiritus stus ad aliquid referantur necesse est, quod ,cuius pater' quaeritur[19]): in deo autem, qui est veritas, hi tres coniuncti sunt, qua ex caussa substantialiter praedicantur et unam veritatem, unum deum efficiunt. — Tertio ,*de duabus naturis in Chr.*' libello notionibus *naturae* et *personae* constitutis, Christum *ex* utrisque et *in* utrisque naturis consistere contra Nestorium et Eutychen ostendit. — Quartus denique liber, qui *brevem fidei christianae complexionem* continet, non magni est momenti, sed primo et tertio multum tribuunt theologi.

Quarum dissertationum et reliquorum Boeth. librorum comparatio, illas huic scriptori non esse adiudicandas docet, nam id tantum cum his commune illis, ut in

16) Cap. 4. Arist. Categ. c. 4. 17) Cap. 5. August. trin. V, 8. quaest. div. 20. 18) Cap. 3. 6. 19) Aug. de trin. IX, 5.

eis deum *veritatem* ac *substantiam* non *accidens* esse demonstretur, quamquam alio modo Boeth. in logicis scriptis, alio auctor theologicorum tractatuum hanc de deo opinionem significat [20]. Deinde Boeth., sicut Aristoteles *primas* ac *secundas substantias*, quibus genus indicantur et species, nominat [21]: in theologicis autem libellis semper de una sola subst. agitur, et in tertio illam Boethii et Aristotelis terminologiam, ut ita dicam, scriptor deserit patres ecclesiasticos secutus. Vertit enim Boethius verbum *οὐσία* per *substantiam* eamque, quae est Aristotelis, definitionem amplectitur: illius vero libri auctor *οὐσίαν essentiam*, *οὐσίωσιν subsistentiam*, *ὑπόστασιν substantiam* et *πρόσωπον personam* secundum vocum originem interpretatur, quae tria verba graeca apud Aristotelem hoc quidem sensu non leguntur, sed apud patres ecclesiasticos, qui iisdem *substantiae, essentiae* ac *naturae* nominibus *Bauro* observante pro synonymis utuntur [22]. Quorsum mentionem faciat *substantiae* etc non liquet, nam suam de duabus in Christo naturis non harum categoriarum ope, sed fide catholica tuetur. An auctor suam litterarum graecarum scientiam ostendere voluit? Ceterum totam hanc dogmatis illustrandae rationem illius temporis imaginem referre *Baur.* egregie animadvertit, at num hic liber confuse conscriptus Boethii esse possit, viri illius, qui omnium disciplinarum fuit peritus, qui quae cogitabat, si non eleganter at certe arti logicae accomodavit, valde dubito. Haec enim confusio frustra excusatur neque quidquam probat illa a *Bauro* citata epistola ab episcopis orientalibus ad Symmachum papam scripta [23]: licet enim singula illius facta cum istius Pseudo - Boethii

20) *Utrum pater* etc. Vall. p. 282. cf. cum p. 305. ed. Glar. 21) Vd. Boeth. ad Arist. categ. c. 4. 22) August. de Trin. VII, 5. IX, 5. *Baur.* p. 43. n. 69. 23) *Mans.* III. 221 — 226. *Walch.* VII. p. 1042 sq. confer. 224. et de duab. nat. c. 5 etc.

verbis quodammodo consentiant, numne Boeth. philosophus illam *de duab. naturis* disputationem confecisse arguunt? Sec. VI. sive VII. illos tractatus esse compositos negare nolo, sed quod neque a Boethii aequalibus illorum mentio fit, et quod ipsius de deo ac rebus divinis sensa cum eis, quae horum auctor tractavit, ut infra demonstrabo, non conspirant, alius illi esse scriptoris, qui fortasse et patres ecclesiasticos et Boeth. operum Aristotelicorum interpretationes legerat, mihi quidem videntur. — Et quid Boethii cum *Ennodio* Episcopo Ticinensi et *Cassiodoro* necessitudo probat [24])? Quid illa *Gregorii* Turinensis fabula, qua *Symmachus*, Boethii socer, cum Ioanne papa Theodericum, qui pro catholica fide multos viros nobiles occiderit, tyrannum ex elysio in sceleratorum regionem egisse narratur [25])? Cum autem Symmachi avus gentilis fuerit, ac si eae, quas *Vincentius Bellovacensis* [26]) sub iunioris Symmachi nomine memoriae prodidit, genuinae sunt epistolae, quin hic quoque paganorum cultui addictus fuerit, non ambigo. Quid de scribendi genere dicam, quod a Boethiano multum differt [27])? Neque quisquam exinde, quod

24) *Baur.* p. 39., ubi Boeth. ex officio conventui, qui in praef. ad l. *de duab. nat.* commemoratur, interfuisse dicit. Male aliquot ea verba de chalcedonensi synodo accipiunt, sed sermo est de concilio quodam Romae habito, in quo de istis dogmatis agebatur, vd. Vall. ib.

25) *Baur.* p. 37. Incredibilia sane Boeth. perfecisse, non modo eum *Ioannis*, sed etiam sti *Benedicti* amicitiam habuisse et cum *Tertullio* Placidi monachi patre senatore in monte Casino in eius mensa comedisse tradunt!! Vd. *Tritenhem.* p. 201. *Brucker.* hist. phil. T. III. p. 566. Vall. p. 281. ed. 2.

26) Spec. hist. XXII, 14. Eas sententias, si accuratius perlustavero, fortasse alias evulgabo.

27) Multae voces et constructiones, quae ut apud Boeth. inveniantur, vereor, in his IV libris leguntur: de trin. 6. *numerositas*, de duab. nat. 3. *pensius*, *signatius*, 4. *errore traduci*, 5. *in er*

auctor illarum disputationum et Boeth., si de hominibus loquuntur, *Catonis, Ciceronis, Platonis* nomina afferunt, si de rebus densis, *lapide*, si de motu sermo est, *igne* et *terra* exemplis utuntur, Boethio philosopho illa opuscula theologica tribuenda esse, cum eiusdem temporis scriptores omnes et illa nomina et has res exempla proponant [28]), argumentabitur. Quid probat ista inter *beatitudinem* et *bonum*, inter *substantiam* et *subsistentiam*, inter *unitatem* et *unum* similitudo, cum utraque notio sicut *genus* ad *speciem* referatur [29])? Praeterea cum hi tractatus tres certo homini dedicati sint, et Boethius suos quoque libros amicis inscripserit, num idem ob eamdem caussam theologicorum auctor habeatur oportet [30])? Nemo erit, qui haec ratiocinetur. At — nonne inveniuntur in libris Boeth., qui genuini sunt, verba aliquot, quae christianum redolere videntur [31])? Nemo

rorem currere. Ceterum enuntiationes fere omnes lacerae sunt et tumidae.

28) *Baur*. p. 50. affert: de trin. 1. et p. 6. (ed. Glar.), de duab. nat. 2. et p. 232. cons. ph. III, 3. etc. Sed de istis nominibus cf. Isid. Orig. I, 33. Cassiod. Dial. p. 560. 541. et de cet. verbis eumd. p. 556 sqq. Nonne in nostris quoque, qui de arte logica agunt, libris hic syllogismus legitur: *Omnes homines sunt mortales, Cato est homo, ergo mortalis?*

29) Cons. phil. III, 10. de duab. nat. cap. 3.

30) *Baur*. laud. p. 52. initium et finem l. de sta trin., de duab. nat. praefat., p. 638. 774. 841. etc. Eiusdem V. D. coniectura: illos tres libros *Ioanni* esse inscriptos [de trin. vulgo *Symmacho* B. socero inscrib., cf. *Pseudo-Bedae* comm. ad B. de trin. T. VIII. p. 927. (Colon. 1680.)], vera est, quod multis ea codd. (uno Gothano) confirmatur.

31) Commemorat cons. IV, 6. p. 88, 35. *daemones*, quibus opponit *angelicam virtutem*, [quas voces de paganorum diis et de christianorum angelis VV. DD. aliquot (Baur. p. 41.) interpretantur] et sine dubio eos daemones intellegit, qui Platone auctore [Symp. p. 202. E. ib. Ast. et Stallb.] inter deum et homines commercium habent, eos doctrina atque eruditione superant, iisque Geniorum instar, ut ita dicam, apparent: et *angelica virtus* est intellegentia

hoc mirabitur, cui paganos tunc e consuetudine cum Christianis fere quotidiana eas voces sibi vindicavisse notum est: quare in Symmachi epistolis et apud Ammianum Marcellinum, quem paganis adnumerandum esse inter omnes constat, haud paucae reperiuntur[32]).

Boethium a Christi doctrina alienum fuisse multis ex rebus efficitur, primum, quod ne semel quidem *Christi vel rei Christianae mentionem iniicit*, deinde quod sententiae, quas *de deo* in his de consolat. Philosophiae libris exposuit, philosophae sunt et eius *pantheismum*, non religionem christianam indicant: tum quod apud eius aequales eorum, quos spurios censuimus, librorum *non usquam* fi. mentio. Nemo erit opinor, qui inde ab Augustino veram Christianorum philosophiam *religionem*[33]) esse et ethnicorum doctrinam contempnendam negaverit: omnes enim philosophi tunc temporis *fidem* (glaube) et *scientiam* (wissen) non diversas esse animi facultates opinabantur, sed ex fide scientiam ratiocinationibrs quibusdam deducebant; nunc vero scientiam *philosophiae*, contra fidem *religioni* vindicari neminem fugiet. Mirum igitur fuisset, si homo quidam christianus sec. V. sive VI., cum in vinculis teneretur, philosophiam consolatricem petiisset, non religionem: magis autem mirandum, si is eo quo Boeth. fecit modo paullo ante obitum de deo et de rebus ad

quaedam altior, quae mundum regit. De vocis *sancti* significatione vd. p. 127., de *purgatoria clementia*, e qua ignem catholicorum purgatorium (!!) fecit Vall. ad IV, 4., cf. Plat. Legg. p. 904 sqq.

32) Cf. Symm. ep. X, 71. Amm. Marc. XIV, 9. 10. 11. XIX, 10. etc. *Ditki* de Amm. Marc. (Progym. Rössel. progr. 1841.) p. 2 sqq., qui laud. *Tross.* praefat. ad interpr. germanic. — *Wernsdorf.* Poet. lat. min. T. VI. p. 435. Paganus etiam *Mart. Capella* fuisse videtur.

33) De civit. dei XI, 5. de vera relig. 4. Vd. etiam *Marbach.* histor. philosoph. Tom. II. p. 180.

deum spectantibus locutus esset. Quod quidem intpp. aliquot senserunt, sed quoniam Boethium ecclesiae catholicae martyrio eripere dubitabant, libros de conso Philosophiae aut eidem suppositos[34]) aut non ad umbilicum perductos[35]) aut Philosophiam dei filium allegorice interpretandam[36]) iudicaverunt. Religio sane immortalem esse animum et corona martyris eum, qui immerito iniuriam esset passus, coronari docuisset, de reconciliatione hominum cum deo, de sanctificatione hominis reconciliati verba fecisset, sed Boethii philosophia — quid sit *summum bonum*, ostendit, et ante illam de summo bono quaestionem instituendam Platonis iussu, non Christi, deum implorat, deum, qui ad ideam boni et pulcri mundum creavit, deum, qui est pulcerrimus ipse — et summum illud bonum nobiscum nascitur, est idem quod deus, et quoniam summi boni participes sumus, nos omnes dii esse habemur. Num haec et talia homo vere christianus haud multum ante mortem eloqui potuit ac profiteri? Hoc credat Iudaeus Apella: quapropter de Boethii *paganismo* non dubitamus, neque prius dubitare desinemus, quam aliquis nos meliora docuerit.

Testimonia illorum librorum theologicorum apud aequales Boethii non reperiri supra iam indicavimus: primus qui eorum facit mentionem, quod sciam, *Alcui-*

34) *Glarean.* in praef. ad ed. Basil. 1570. *librum, qui a christiano legatur dignum quidem, sed qui ab eo scriptum credatur, indignum censet.*

35) *Bert.* praef. p. 20. ed. Lips. 1753. *Richter.* l. l. p. XXXI.

36) *Gervais.*, vd. *Schröckh.* hist. eccles. Tom. XVI. p. 118. *Weingärtner* (in version. germ. Linz 1827.) cum ethnicorum philosophorum doctrinas in his libr. inveniri viderit, locos e bibliis sacris excerptos addidit, quare bene *Krug.* (lexic. philos. s. *B.*): *man findet daselbst gleich Gift und Gegengift zusammen.* De summo bono vd. *III, 9.* et p. *XLII.*

nus fuit[37]), deinde afferuntur ab *Hincmaro* Rhemensi[38]) archiepiscopo, a *Brunone*[39]) Corbeiensi monacho, ab *Aimone*[40]) monacho, a *Notkero*[41]) Sangallensi, a *Siegeberto Gemblacensi*, ab *Honorio Augustodunensi* aliisque[42]). Cum vero Boethio hi tractatus adiudicentur, *Hand.* V. C. duos fuisse Boethios, quorum philosophus pro libertate romana, theologus autem pro fide catholica esset interfectus, statuit; contra mihi aliud in mentem venit, quo hunc nodum solvere me posse arbitror. Quid, si tractatus *Severinum* quemdam[43])

37) De proc. spir. sti p. 752. ed. Froben. — †. 804. Commentarium in l. de sta trin. *Bedae Ven.* falso adscriptum esse non est, quod moneam: *Guilberti Porretae* comm. extat in ed. Henricop. Basil. 1570.

38) Opp. I. p. 460. 474. 519. 521. II. p. 60. ed. Sirmond. — Hincm. † 882. m. Decemb. *Espernayi.*

39) Vixit sec. X. Miratur homo pius in commentar. ad cons. III. carm. 9. [vd. *Ang. Maii,* qui hunc com. primus edidit, Auct. class. etc. Tom. III. p. 332. etc.], quomodo factum sit, ut homo stus, qui de sta trin. et contr. Eutych. et Nest. scripsisset, talia, ‚fidei catholicae contraria‘ litteris mandaverit. Bene igitur Boeth. in ll. de cons. ph. Platonem sequi animadvertit, quod alii quoque intpp. animadvertissent, vellem.

40) † 1008., vd. de gest. Francor. II, 1. Baur. p. 58.

41) Vixit sec. XI., vd. *Iac. Grimm.* in Göttinger gelehrt. Anzeig. 1835. p. 907 — 15. Eo quo *Hand.* vitam Boethii in Encycl. l. l. enarravit tempore (1823.), qui VV. DD. testimonia ante sec. XII. extare negavit, Brunon. et Notk. libri nondum reperti erant, cf. cap. III. not. 3. 10.

42) *Sieg.* de vir. ill. c. 37. *Honor.* de scr. ecl. III, 2. Num illi V libri, quos *Hartmuth.* (770.) biblioth. Sangallens. monasterii dedit (vd. *Baur.* p. 58.), tres theol. (de trin., quomodo pater etc. et de duab. nat.), de ‚uno‘ et de ‚bono‘ fuerint, dubito: fuerunt fortasse Com. in περὶ ἑρμ., geometr., de differ. topicis, de divis., introductio in syllogism., qui hodie adhuc in unum codicem collati in bibl. eadem asservantur, vd. *Haenel.* catal. p. 712.

43) Severini sti multi erant, vd. Martyrolog. et Lex. Zedlerian. s. n. *Severin.*) Quidam, qui cum Lodomeo (Chlodovico) Franco-

deum spectantibus locutus esset. Quod quidem intpp. aliquot senserunt, sed quoniam Boethium ecclesiae catholicae martyrio eripere dubitabant, libros de conso Philosophiae aut eidem suppositos[34]) aut non ad umbilicum perductos[35]) aut Philosophiam dei filium allegorice interpretandam[36]) iudicaverunt. Religio sane immortalem esse animum et corona martyris eum, qui immerito iniuriam esset passus, coronari docuisset, de reconciliatione hominum cum deo, de sanctificatione hominis reconciliati verba fecisset, sed Boethii philosophia — quid sit *summum bonum*, ostendit, et ante illam de summo bono quaestionem instituendam Platonis iussu, non Christi, deum implorat, deum, qui ad ideam boni et pulcri mundum creavit, deum, qui est pulcerrimus ipse — et summum illud bonum nobiscum nascitur, est idem quod deus, et quoniam summi boni participes sumus, nos omnes dii esse habemur. Num haec et talia homo vere christianus haud multum ante mortem eloqui potuit ac profiteri? Hoc credat Iudaeus Apella: quapropter de Boethii *paganismo* non dubitamus, neque prius dubitare desinemus, quam aliquis nos meliora docuerit.

Testimonia illorum librorum theologicorum apud aequales Boethii non reperiri supra iam indicavimus: primus qui eorum facit mentionem, quod sciam, *Alcui-*

34) *Glarean.* in praef. ad ed. Basil. 1570. *librum, qui a christiano legatur dignum quidem, sed qui ab eo scriptum credatur, indignum censet.*

35) *Bert.* praef. p. 20. ed. Lips. 1753. *Richter.* l. l. p. XXXI.

36) *Gervais.*, vd. *Schröckh.* hist. eccles. Tom. XVI. p. 118. *Weingärtner* (in version. germ. Linz 1827.) cum ethnicorum philosophorum doctrinas in his libr. inveniri viderit, locos e bibliis sacris excerptos addidit, quare bene *Krug.* (lexic. philos. s. *B.*): *man findet daselbst gleich Gift und Gegengift zusammen.* De summo bono vd. *III, 9.* et p. *XLII.*

nus fuit[37]), deinde afferuntur ab *Hincmaro* Rhemensi[38]) archiepiscopo, a *Brunone*[39]) Corbeiensi monacho, ab *Aimone*[40]) monacho, a *Notkero*[41]) Sangallensi, a *Siegeberto Gemblacensi*, ab *Honorio Augustodunensi* aliisque[42]). Cum vero Boethio hi tractatus adiudicentur, *Hand.* V. C. duos fuisse Boethios, quorum philosophus pro libertate romana, theologus autem pro fide catholica esset interfectus, statuit; contra mihi aliud in mentem venit, quo hunc nodum solvere me posse arbitror. Quid, si tractatus *Severinum* quemdam[43])

37) De proc. spir. sti p. 752. ed. Froben. — †. 804. Commentarium in l. de sta trin. *Bedae Ven.* falso adscriptum esse non est, quod moneam: *Guilberti Porretae* comm. extat in ed. Henricop. Basil. 1570.

38) Opp. I. p. 460. 474. 519. 521. II. p. 60. ed. Sirmond. — Hincm. † 882. m. Decemb. *Espernayi.*

39) Vixit sec. X. Miratur homo pius in commentar. ad cons. III. carm. 9. [vd. *Ang. Maii,* qui hunc com. primus edidit, Auct. class. etc. Tom. III. p. 332. etc.], quomodo factum sit, ut homo stus, qui de sta trin. et contr. Eutych. et Nest. scripsisset, talia, ‚fidei catholicae contraria' litteris mandaverit. Bene igitur Boeth. in II. de cons. ph. Platonem sequi animadvertit, quod alii quoque intpp. animadvertissent, vellem.

40) † 1008., vd. de gest. Francor. II, 1. Baur. p. 58.

41) Vixit sec. XI., vd. *Iac. Grimm.* in Göttinger gelehrt. Anzeig. 1835. p. 907 — 15. Eo quo *Hand.* vitam Boethii in Encycl. l. l. enarravit tempore (1823.), qui VV. DD. testimonia ante sec. XII. extare negavit, Brunon. et Notk. libri nondum reperti erant, cf. cap. III. not. 3. 10.

42) *Sieg.* de vir. ill. c. 37. *Honor.* de scr. ecl. III, 2. Num illi V libri, quos *Hartmuth.* (770.) biblioth. Sangallens. monasterii dedit (vd. *Baur.* p. 58.), tres theol. (de trin., quomodo pater etc. et de duab. nat.), de ‚uno' et de ‚bono' fuerint, dubito: fuerunt fortasse Com. in περὶ ἑρμ., geometr., de differ. topicis, de divis., introductio in syllogism., qui hodie adhuc in unum codicem collati in bibl. eadem asservantur, vd. *Haenel.* catal. p. 712.

43) Severini sti multi erant, vd. Martyrolog. et Lex. Zedlerian. s. n. *Severin.*) Quidam, qui cum Lodomeo (Chlodovico) Franco-

composuisse, eumque postea ob sanguinem pro fide catholica profusum in storum numerum a papa receptum credamas? Cuius rei locupletem habemus testem sancti illius diem festum, qui inde a sec. VIII. quotannis X. ante Kal. Novembres Brixii, Ticini et in aliis Italiae regionibus celebratur[44]): monachi autem et historiographi mira nominum confusione istum Severinum pro Boethio duxerunt, quare factum mihi videtur, ut philosopho pagano illi theologici libelli adscriberentur. Sanctum autem *Boethium* ecclesia catholica neque agnoscit neque novit — sed stus *Severinus* ab iis, qui eam confitentur, pie colitur. Ceterum ne omnes quidem theologicas dissertationes, quas Boethio tribuerunt seduli scriptores, ad nos pervenisse credo: *Vallinus* enim a. 1656. tribus iam ante eum saepius editis *Confessionem fidei* addidit, quae quidem *Tritenhemio*[45]) haud innotuit: et ego ipse, cum *Vincentii Bellovacensis*[46]) speculum doctrinale perlustrarem, hoc tractatus cuiusdam, qui ‚*de articulis fidei*' inscribitur, fragmentum reperi, quod eodem genere, quo ceteri libri theologici, elaboratum est:

rum rege commercium habuit, laudatur a *Vinc. Bell.* sp. h. XXII. 23., quem alias non laudatum inveni. Eius dies festus III. Id. Febr. colitur.

44) Hunc diem festum *Luitprandus* Longobardorum rex, qui sec. VIII. non VI. vixit, [*Pufendorf*, geistliche Monarchie des Stuhls zu Rom. §. 10. p. 120.] instituisse dicitur, vd. *Mabillon.* Mus. Ital. Tom. I. p. 220 sqq. *Baur.* p. 56.: *Ottonem* III. a. 996. in Boeth. memoriam hunc festum primum egisse, fabula videtur, nam in carm., quod *Gerbertus* Ravennas episcopus in monumentum ab Ottone aedificatum insculpi iussit, neque mortis Boeth. pro christiana religione neque illius diei festi mentio fit, vd. Helfr. p. 37. —

45) De script. eccles. p. 238. Eamdem *confession. fidei* in multis codd. etiam in Gothanis duobus, e quibus a me illi libri mox edentur, me invenisse memini.

46) Spec. doctrin. II, 13.

,*Scientia est vis comprehensiva caussarum per quas et propter quas aliquid habet esse . quod si bonis usibus naturaliter accomodata est sapientia dici solet.*'

Hac de religione Boethii quaestione finita altera, quae de eius philosophia agit, instituenda est. Cum per secula multa eum christianum habuissent VV. DD. nemo mirabitur, quod etiam in libris de consolatione Philosophiae doctrinam christianam quaesiverunt [47]) — mirabimur autem, quod omnes, qui et litterarum et philosophiae historiam enarrant, *Handii* dissertationem non inspexerunt et Boethium sive *Proclum* audivisse, sive eum theologiam christianam cum philosophia pagana his libris coniunxisse et similia, quae non immerito insana vocamus, tradunt [48]). Fuerunt autem iam ante Handium, qui in his libris scriptorem Platonis, in ceteris autem [de quibus alio tempore disputabo] Aristotelis doctrinam maxima quidem ex parte sequi contenderent; *Brunonem* cum supra nominaverim [49]), *Ioannem Saresberiensem* [50]) et *Hugonem Grotium* [51]) hic indicabo, quo-

47) Vd. *Tiedemann.* Geist der speculativen Philosoph. Tom. III. p. 551 sqq., qui V. D. verbis libri *de sta trin.* auctoris confisus Boethium Platonis Aristotelis et Augustini dogmata coniunxisse opinatus est.

48) Vd. cap. I. not. 8. *Baehr.* l. l. *Bernhardy.* röm. Literaturgesch. p. 315. *Hoffmann.* Handbuch zur Bücherkunde p. 109. *Marbach.* l. l. II. p. 203. *Ciceronem* Boethium imitatum esse sompniat *Rota* l. l. p. 5.

49) Not. 39. ,*Certum est, Boethium in his libris nihil de doctrina ecclesiastica disputasse, sed tantum philosophorum et maxime Platonicorum dogmata legentibus aperire voluisse.*'

50) Polycrat. VII, 15.: ,*Et licet liber* [de cons. phil.] *Verbum non exprimat incarnatum, tamen apud eos, qui ratione utuntur, non mediocris auctoritatis est* etc.'

51) Praef. ad histor. Gothor. Vandal. et Longobard. p. 32. — *Richter.* (vers. germ. p. XXVII.) et *Brucker.* (hist. phil. Tom. III. p. 525.) in his ll. non Christi, sed Aristotelis [?], Platonis et Stoicorum [?] praecepta invenerunt.

rum sententiam e recentioribus *Baurus* amplectitur; nam tametsi *Heynius* Platonis praecepta Boethium eloqui non negat, tamen eum nonnunquam minus recte intellexisse videtur; et *Suartengren*, qui *Idealistam* [52a]) vocat scriptorem, nimis ambigue et obscure loquitur. Erraverunt etiam in eo intpp. [52b]), quod in hoc dialogo nullam aliam nisi *ethicam* philosophiae partem Boethium exposuisse opinati sunt, quamvis multae et ad *dialecticam* et ad *physicam* spectantes sententiae legantur. Ceterum dialogo utitur Platonis more [53]) et philosophiam ipsam in *theoreticam* et *practicam* dividit scriptor [54]): ad illam dialectica ars, ad hanc ethica et physica pertinent.

I. *Dialectica*. Res e variis partibus constant, quae in unum sunt coniunctae [55]): omnes res non secundum eam, quae eis inest, vim, sed secundum *cognoscentium facultates* comprehenduntur [56]): quae sunt quatuor: *sensus* [sinnliche erkenntniss], quibus res e materia compositae, sicuti in ipsa natura existunt, cognoscuntur [57]); *imaginatio* [vorstellung?], quae res sine ulla materia

52ab) Vd. p. 9. fortasse quod Boeth. „*deum non solum reale, sed et ideale mundi principium constituit. — Lex moralitatis, quam amplectitur, sic fere expresseris: beatitudinem usque sequere sive fac deo quam simillimus sis.* De *Heynio* vd. not. 67. 71. 95.

53) Quae *Marbach*. l. l. I. p. 201. de Platone dicit, etiam de Boethio valent: „*Wo Pl. recht wissenschaftlich wird, da spielt der Antwortende nur noch den, welcher ja sagt. Diess ist kein Mangel, sondern ein Vorzug; der Dialog geht über zur wahrhaft wissenschaftlichen Darstellung und hat nur noch äusserlich das Zeichen seines Ursprungs beibehalten, das Wesentliche ächter Methode offenbarend: Darstellung des Gedankens nach seiner innern Nothwendigkeit; seinem eignen Entwicklungstriebe.*“ Cf. III, 9. 10 etc.

54) P. I. ed. Glar. De cons. I, 1.

55) Cf. p. 63, 20. meae ed. 56) P. 107.

57) Ib. Platon. Theaet. p. 184 sq. Phil. p. 33. 34.

existente intuetur: *ratio* [verstandeserkenntniss], quae res a sensibus et imaginatione *singulatim* spectatas, *universales notiones* considerat[58]: *intellegentia* [vernunfterkenntniss], quae non modo res quasi universales notiones, sed etiam earum materiam, naturam [wesen] et speciem [erscheinung] contemplatur[59]. Animalia, quae immobilia sunt, sensibus solum, ea autem, quibus appetendi fugiendique vis inest, imaginatione quadam sunt praedita: ratio hominum, intellegentia dei est[60]. — Omnes hominum actus e *voluntate* et *potestate* constant[61], et homini ipsi innatus *animus* liber est, qui quae in eo insunt *formas* [ideen] excitat[62], nam quoniam in ipso omnes insunt formae, is qui quid discit, immemor recordatur[63]. Animum autem, qui iam ab initio mundi erat et in corpore quodam habitat, deus *immortalem* formavit[64].

II. *Ethica.* In animo hominis appetitio quaedam inest summi boni[65]: sed cum modus, quo illud appetitur, diversus sit, *improbi* quoque existunt, qui quidem summi boni participes esse volunt, sed ad illud consequendum viam falsam sequuntur. Improbi igitur isti,

58) Ib. Rep. p. 511. A. B. Soph. p. 253. Phileb. p. 39. Theaet. 187. A. 189. E. Quid ista *imaginatio* significet, quam animalibus quoque tribuit scriptor, non satis constat, cum eam notionem pluribus non illustret. Mihi verbum diversa significatione dixisse videtur: primo enim loco (p. 107, 14.) *imaginationem* eam, quam nos voce *vorstellung* usi exprimimus notionem, altero (109, 15.), quam nos *instinkt* vocamus, eum indicare opinor. *Suartengren.* p. 8.: *Nescimus, an aperte contendere liceat, eum in natura animi diiudicanda fuisse omnino Rationalismo addictum* [? !]. —

59) Ib. [Plat. Tim. p. 52. A. Phaed. 78. 79.] 60) P. 109. 110. 61) P. 73. [Legg. p. 894 etc.] 62) P. 109. 63) III. carm. 11, 15. Plat. Phaed. p. 72. E. Theaet. 191. C. D. 64) V. carm. 3. p. 28. Tim. p. 30. 35. 41. D. Phaed. p. 64. C. 67. D. Rep. p. 609. 65) P. 42, 14. Plat. Euthyd. p. 282. A. Legg. 733. B.

quod vitae suae finem deserunt; hanc ob caussam poenis afficiuntur, *probi* autem se ipsi afficiunt praemiis [66]): poena vero scelestorum, quia et ,ratione iustitiae bonam' et quod mores eorum nonnunquam emendat, ,utilem' se praebet, *bonum* vocatur [67]). Quare qui huius boni participes non fiunt, infeliciores, quam qui poena tenentur, habendi sunt: nam si vivi non puniuntur, plectuntur mortui. [68]) *Summum* autem *bonum*, quod omnes appetunt, non in fortunae muneribus cernitur, potentia enim, gloria, reverentia et divitiae vanae tum tantum utiles fiunt, si qui possident iis bene utuntur. [69]) Duo summa bona non sunt, quod unum altero praestantius atque perfectius esse oporteat — nam ea res quae distat ab alia, alia ipsa esse nequit, quare hominum bona inter se diversa ideoque caduca sunt, sed summum bonum a se ipso non differt. [70]) Illud enim est *vera felicitas* (sive *beatitudo*), et haec est *sufficientia* [selbstgenügsamkeit] et *deus* ipse, nam deus et summum bonum substantiae duae a se distantes intellegi non possunt [71]): e contrario utriusque unitas ut sint efficit et

66) P. 74. 76. 78. 80.

67) P. 83, 5. 95, 3. *Heyne* l. l. p. 163.: *Spinosae istae quaestiones de bono ac malo eorumque fine, vix ullum aliquem hominem reddiderunt fortiorem* (!?), *aut ad virtutem melius exercendam incitarunt: Stoicorum autem placita* [quae Boeth. semper improbat, cf. I. carm. 6. etc.] *animi nervos roborant* (!?), *fortunae impetus retundunt. — Unus Epicteti libellus ad veram humanitatem fructus maiores afferre potest, quam arrogantium philosophorum subtilitas!!*

68) ib. De istis poenis vd. not. 31. Plat. Rep. p. 608—12. Phaed. p. 80. 106. 114.

69) P. 32, 9. 61. Plat. Legg. II. p. 661. A. Menex. p. 88. C. D. Euthyd. p. 281. D. 70) P. 59, 26.

71) Ib., p. 60. 67. 69. *Heyne* l. l. p. 149. ,*Obscuratur tota disputatio confusa notione boni, quod ipsi est deus, quodque nemo nisi tropico et mystico* [?] *sensu suum facere potest, et boni ea notione dicti, ut sit, quod homo appetit quodque in*

unitas ipsum bonum censetur: omne enim tam diu ex necessitate est, quamdiu unum efficit, si dividitur in varias partes, interit[72]. Neque deus summum illud bonum extrinsecus accepit, quoniam id, quod quid procreat ac dat, praestantius est eo quod accepit.[73] Summi vero boni homo in ipso positi[74] particeps est: illud vera beatitudo et ea censenda est deus, quare unus quisque, quia summi boni particeps *beatus* esse vult, ipse deus fit: „*nam natura quidem unus deus, participatione nil prohibet esse quam plurimos.*[75] Cui deo omnes libenter ac grato animo obediunt, quod eum appetunt, et is omnia gubernat neque alterius eget auxilio, sed sibi ipsi est sufficiens[76]. —

III. *Physica.* Mundus ex diversis contrariisque partibus est compositus, easque in ordinem redegit *deus*, qui mundum ad ideam boni et pulcri creavit, idem deus, qui est ab invidia liber, pulcerrimus ipse, immobilis semper motus[77]. Hic etiam elementa formavit et mundi animam e tribus substantiis constantem, quae in medio

humanam naturam cadere et quo illa potiri eoque frui potest.' Apud Platonem haec summi boni explicatio non legitur: qui eum hominem ipsius participem esse, qui dei similis fieri studeat, docet: Theaet. p. 176. A. Rep. p. 613. A. Legg. p. 716. B. *Van Heusd.* init. phil. Plat. Vol. II. P. III. p. 100. Eamdem sententiam expressit Boeth. p. 12., ubi vd. Vallin.

72) P. 65. 66. 74. 73) P. 59. 74) P. 27. 31. 42.

75) P. 60, 25. 69. 79. etc. Haec quoque neque apud Platonem inveniuntur, neque apud Proclum, vd. στοιχείωσ. θεολογ. III. 128., ubi daemones tantum dei participes fieri ait. — Virtutem Boeth. Platonem (δικαιοσύνη) secutus a summo bono discernit, quod quasi finem virtutis *(probitatis)* considerare videtur (p. 86, 9. Rep. 612. E.), sed quid illa *probitas* sit apertis verbis non dicit. *Tiedemann.* l. l. Boethium Augustini de existentia dei doctrinam *a priore* demonstrasse ex III, 10. conclusit!?

76) P. 67. 68. 77) P. 67. III. carm. 9. Tim. p. 29. A. E. 30. *Ruhnk.* ad Tim. Lex. p. 6.

mundo posita eum movet neque externi quidquam in se suscipit, neque in externa dilabitur, sed motu suo semper ad se ipsam redit et sibi ipsi (globo) similis est[78]). Idem deus *hominum* et *daemonum* animas inter dei et hominum medias creavit, quae ad ipsum revertuntur[79]). Quapropter omnium rerum deus est fons, et initium et finis[80]): est aeternus, nam aeternitas possessio vitae nullis terminis inclusa vocatur[81]). Quae enim tempori sunt subiecta hac ‚interminabili' vitae possessione carent, neque aeterna, sed temporalia sunt: ne mundus quidem aeternus nominari potest — quia non ab initio simul cum deo fuit, sed ab eo, qui initium habetur, est creatus — at *perpetuus*, nam per interminabilem ducitur quidem vitam, sed eam non totam complectitur[82]). Deus aeternus omnia et scit et videt ut *praesentia*, res vero tempori subiectae successivo quodam motu fiunt, qui motus hunc dei praesentem statum tantum imitatur, nunquam consequitur[83]): res enim et homines semper praesentes esse non possunt, sed praesentis temporis momentum, quo vivunt, se ipsum semper aufert, ut ex eo tempus *futurum* et *perfectum* evadat[84]). Quoniam a deo omnes res praesentes, non futurae sive praeteritae conspiciuntur eiusque aeternitas praesens quoddam tempus sempiternum nominari licet, res omnes praesentes quasi ante eius oculos fiant neque ante factas neque post eventuras sciat necesse est: quare non dei *praevidentia* (vorhersehung), sed *providentia* (vorsehung) dicitur[85]). Cui divinae providentiae, quae simplex est et mutari nequit[86]), omnia sunt subiecta per eamque *fato* moventur et in ordinem

78) Ib. p. 69. Tim. p. 32. A. B. 34. C. 35. A. 37. A. Legg. 898. A.
79) III. c. 9. Tim. p. 41. D. 69. C. Phaedr. p. 106. E. Rep. 436. A.
80) III. c. 9, 27. 81) P. 111. 82) P. 112. Tim. p. 33. A *ἀγήρων καὶ ἄνοσος* [*ὁ κόσμος*] p. 38 B. 83) P. 112. Tim. p. 38.
84) Ibid. Aliter Plato, vd. Tim. p. 38. B. 85) P. 113. 86) P. 88.

digeruntur[87]). Res autem, quae deo propiores sunt, a fato minus pendent[88]): deus ipse sive divina providentia bona tantum servat neque ullius mali auctor est, quare homines quoque bona perficere oportet[89]). Fato atque provid. divinae adversatur *casus*[90]), qui semper ex caussis homini quidem, non deo, inopinatis efficitur. Neque providentiae ac praedestinationi divinae *liberum hominum arbitrium*[91]) repugnat, neque necessitati, quae duplex est, altera *simplex* (absolute?), altera *conditionis* (relative)[92]); nam, quamvis nihil non ex necessitate fiat, hominumque voluntas mutari possit, tamen deus ex prima voluntate alteram quasi anticipat. Quippe quae omnia ei sint subiecta, virtutem homo colat, ad rectas spes animum sublevet et humiles preces in excelsum porrigat, quae, si rectae sint, inefficaces esse non possunt[93]).

Quae ad *Politicam* spectant, haec pauca sunt: civitas optima ea esse videtur, quae a philosophis regitur: et libertas est *optemperare iustitiae*[94]).

E singulis Boethianae philosophiae placitis vituperari possunt multa, vitio autem illa hoc laborat primario, quod *dualismus* inter *deum*, qualem ethica

87) P. 89. IV. carm. 6. Providentia est *generalis*, fatum *speciale:* sed Platonis de daemonibus et sideribus [vd. Vall. l. l], quibus ‚fatum exercetur', sententiam Boeth. probare non videtur, vd. p. 88, 30.

88) Ibidem. 89) P. 90. Tim. p. 42. D. Rep. 443. C. D.

90) P. 98. 99. V. carm. 1.

91) P. 99 etc., p. 360 ed. Glar.: *liberum arbitrium non in voluntate constat, sed in iudicatione et non in imaginatione, sed in imaginationis perpensione.* Aliter Plato Rep. p. 617. E.

92) P. 114. Epinom. p. 982. B.

93) P. 115. 116. De *necessitate* et *casu* vd. et Comment. in Cic. Top. p. 374. Bait.

94) P. 12. 13. ib. Vall. et Sitzm.

et physica describit, intercedit, quamvis ille magis, quam apud Platonem, compositus esse videatur[95]).

95) *Heynius*, cui omnis consolatio proficisci videtur: ‚ab impulsu sensus, specie alicunde menti obiecta, qua aestuantis animi impetu fracto, subsistente tumore, mollito et lenito mentis affectu persuasioni meliori via et ingressus paretur', huius Boethii *consolationis operam valde angustam* esse ait, *quippe inclusam uno tantum malorum genere eiusque medela ex conclusiunculis philosophicis petita, quae et ipsae habere utique possunt vim suam in animis ad subtilitatem cogitandi adsuefactis; tanto tamen minorem vim habent, quo magis eae vacant ab iis, quae animum humanum impellere, officere, movere possunt.* —

CAPUT III.

DE BOETHII CODICIBUS ET EDITIONIBUS.

De Boethii codd. et edd. cf. *Fabricii* bibl. lat. Tom. III. p. 209. — *Polyc. Leyseri* histor. poett. et poematt. med. aevi (Hal. 1727) p. 105. — *F. C. Freytag.* Trost der Philosophie a. d. Lat. des Boeth. (Riga 1794.) p. 23. — *Schweiger.* Handbuch der class. Bibliographie T. I. p. 29. [ubi edd. permultae desunt]. — Codd. et edd. recensum in edit. Londin. ap. A. I. Valpy. 1823.

Paranti novam hanc editionem primum ipsius libri historiam, quoad potui explorare ac deinde, cum permulti eius codd. in bibliothecis Germaniae, Galliae, Helvetiae Italiaeque reperiantur, in eorum familias inquirere mihi visum est. — Non ita multo post Boethium e libris de consolatione Philosophiae *Vacca*[1]) scholiastes Lucani locos attulit; sec. VIII. eiusdem scripti codicem ab *Hartmutho*, monasterii Sangallensis abbate (772.), huius coenobii bibliothecae donatum esse *Rat-*

1) Vd. *Weber.* ad Lucan. T. III. p. V. Varias lect. adnotavimus.

bertus enarrat [2]), et quis est, quem fugiat ibidem versionem et interpretationem teutonicam antiquissimam sec. XI. *Notkerum Labeonem,* ut aiunt [3]), confecisse? Eodem fere tempore quo vixit Hartmuthus, Yorci in Anglia Boethium in bibliotheca sua celeberrima asservavit *Alcuinus* [4]), sec. X. *Asserius* [5]) in eum commentarium scripsit, *Alfredus M.* eum vertit, novitque *Io. Saresberiensis* [6]) sec. XII. Carolo M. regnante non modo in manibus VV. DD., sed etiam iuvenum Germanicorum [7]) libri de cons. Phil. et scripta Martiani Capellae, Cassiodori et Isidori fuerunt atque seculis sequentibus, quibus Corbeienses, Fuldenses Paterbornensesque monachi ob eruditionem clari habebantur, Boethii phi-

2) *Goldast.* Alemannicarum rer. script. (Francof. 1730.) Tom. I. p. 10., ib. p. 77. *Vodalrici* abb. cuiusd. Sangall. mentio fit, qui Boeth. ‚cum Aristotele tractavit.'

3) Vd. praefat. libri: Althochdeutsche dem Anfange des 11. Jahrh. angehörige Uebersetz. u. Erläuterung der — herausg. v. *E. G. Graff.* Berl. 1837. et *Iac. Grimm.* in Annal. Gotting. 1835. p. 907 sq., Sangallae eam interpretationem esse confectam ex his verbis apparet (p. 86.): *Táz mág man vvóla séhen án déro spera. díu in cella Sci Galli noviter gemáchôt ist. sub* Purchardo Abbate, sed num *Notker.* eius auctor fuerit quaeritur: — quae cum ad textum constituendum multum proficiat, locos eius aliquot laudavimus.

4) Bibliothecam suam versibus celebrat in carm. ‚*de pontificibus et SS. Eccles. Ebor.* Opp. I. p. 730. Alcuinus.

5) Mortuus est a. 909., vd. *Leland.* de scr. Brit. I. p. 166. In cod. quodam Oxoniensi ante *Alfr.* versionem haec verba leguntur: *Aelfred küning waes wealhestod this bec 7 and hie of bec Ledine on Englise wend* (cf. ed. Lond. 1823. Appendic.); eam edidit *Rawlinson.* Oxon. 1698. 4. Vd. *Fabric.* l. l. *Bruck.* hist. philos. III. p. 566. *Freytag.* vers. germ. p. 51. — Sec. XIII. et XIV. Angli *Robert. Capito* et *Nicol. Triveth.* hos B. libros commentariis instruxerunt, vd. *Leland.* l. l.

6) Usus sum ed. Lugd. Bat. ex offic. Io. Maire 1639., vd. III. carm. 7. etc.

7) *Barth.* Advers. VIII, 22. *Marbach.* hist. philos. II. p. 209. 237.

losopha non sunt neglecta, nam ea explicavit sociis *Meinwerkius* [8]) Paterbrunnae, *Poppo* Fuldensis [9]) in categorias Aristotelis a Boethio in latinam linguam translatas commentatus est, *Bruno* Corbeiensis [10]) in hos de consol. Phil. libros commentarium composuit eosque imitatus est *Malchus* [11]). A Gallis, qui Boethii libros diligenter legerunt, praeter ceteros nomino *Hincmarum Rhemensem* (882.) [12]), *Honorium Augustodunensem* [13]) sec. XII. insignem, et *Vincentium Bellovacensem* [14]), qui in speculis suis et in doctrinali et in historiali multos eorum locos laudat, e quibus aut sec. XIII. codd. in Gallia exaratos iam corruptos fuisse, aut Vincentium illa Boethii dicta e memoria attulisse suspicari licet. E Belgis scriptoribus *Siegeberti Gemblacensis* [15]), qui sec. XI. claruit, mentionem faciam. In Italia autem inde a medio sec. VIII. litterae neglectae iacuerunt, donec XIII. quasi e sompno excitarentur [16]): sed, quoniam libri rari erant, papae seculis duobus post in

8) Meinwerkio duce Paderb. omnes poetae legebantur, vd. eius vitam ed. ab *Overham.* p. 100.

9) Trith. Chron. Hirsaug. p. 113. *Eckard.* Wurzburg. in libro: *consolatio sive laterna monachorum* Boeth. imitatus esse dicitur.

10) Vd. cap. II. not. 39. 11) *Schmidt.* de ecbasi captivi. Bielefeld. 1841. (progr. schol.) 4. 12) De praedestin. I. p. 211. 13) Vd. cap. II. not. 42. 14) Usus sum edit. Norimbergens. apud Koburger. 1486., speculum morale et naturale nancisci non potui. — Eodem fere tempore versionem Gallicam confecit *Iean de Meun* (*Clopinel*). In bibl. academ. Ienens. eius cod. membr. a. 1476. a *Davidaubert* (sic) nitide scriptus ac *Marguaritae d'engleterre duchesse de bourgoinge* dedicatus asservatur. Vd. de illa interpret. *Maittaire* Ann. typogr. I. p. 441., *Freytag.* l. l., ubi etiam specimen legitur. — Journal de Savans (1718. Aout p. 140) hunc nominat titulum: *Le Roman de fortune et de felicité sur Boeçe de consolation composé a. 1336. par freres Regnauld de Lovens des freres prechans.* — Imitatus est Boeth. etiam *Io. Charler.* (*Gerson*) *in consol. theolog.* 15) De vir. illustr. c. 37. 16) *Heeren:* Gesch. der class. Litteratur im Mittelalter T. I. p. 281 sqq.

Germaniam, Galliam Helvetiamque librorum coemendorum caussa VV. DD. miserunt, et coemptos multis exemplis describi iusserunt [17]), quo factum est, ut Italici codd. tantopere corrumperentur. Ante sec. XIII. in Italia Boethii libros non esse exaratos affirmare non audeo, cum monachi multi seculis antecedentibus essent, qui libros transcriberent [18]): ultimum vero et unicum testimonium apud *Rather.* inveni, qui Boethium et in Belgia et in ipsa Italia vidit, sed loci quos excerpsit a vulgata lectione non discrepant [19]). Sec. autem XV. in omnibus Europae terris Boethii libellus describi solitus est, neque defuerunt, qui eum commentariis instruerent, quod aliquot seculis ante iam factum esse vidimus. Nam praeter *Brunonem* [20]), *Notkerum* et ceteros, quos supra laudavimus, in bibliothecis multi glossatores sec. XII. XIII. etc. quamquam saepe nullius pretii inveniuntur, in quorum numero est *Pseudo-Thomas Aquinas* [21]). In graecam linguam transtulit hos

17) *Heeren.* l. l. T. II. p. 63. *Tross.* praef. ad Tac. Germ. p. III. 18) *Heeren.* l. l. T. I. p. 193. ‚*das Abschreiben der Handschriften war einmal Sitte geworden — wie mancher Mönch schrieb nicht seinen Cicero oder Quinctilian ab, weil er sonst nichts zu thun hatte*' etc. Sed quis cod. Boethii, e quo ceteri Italici manarunt, in Italiam portaverit, et num ceteri ex vetere ibi exarato fluxerint, indagari non potui. 19) Cf. *Ratheri* episc. Veronens. opp. ed. fratres *Ballerinorum* (Veronae 1765.) p. 28. 31. 223. 226. 27. Natus R. *Leodii* (in Belg.) Veronae episc. electus est ter, et ter expulsus, obiit 974. in urbe patria. 20) Vd. cap. II. not. 39.

21) Glossae in Boethii libr. de cons. phil. (cod. membran. sec. XII.) in bibl. *Guelferbytana* asservantur [sed, quae typis describantur, indignae sunt], ibidem Quaestiones in Boet. — cod. chart. sec. XV. De glossis quae insunt in codd. *Erlangensibus* vd. *Pfeiffer.* Beiträge zur Kenntniss alter Bücher und Handschriften Part. I. p. 139. etc., de *Basileens.* vd. *Haenel.* Catalog. p. 517. 527. etc. et de reliquis vett. Boethii intpp. *Fabric.* l. l. — Multa, quae in illis *Thomae* commentariis leguntur [titulum a Titan deducendum esse, Alcibiadem pulcram fuisse feminam ab Aristotelis discipulis

libros *Maximus Planudes*[22]) sec. XV.

amatam et his similia], *Aquinatem* illorum auctorem falso haberi satius indicant. Huc accedit, quod eorum scriptor poetas aliquot medii aevi: *Henricum Pauperem*, *Beatum Bernardum* (sine dubio *Ceytensem*, *Glystensem*) *Ganfredum de Vinosalvo* (*Vinesauf*) et *Alanum ab Insulis* commemorat, cuius carmen *de planctu naturae* post Thomae Aquin. mortem (1274.) sive sub finem sec. XIII. sive sub in. XIV. in publicum prodiisse constat; nam Alanus obiisse traditur a. 1294. (cf. *Pol. Leyser.* l. l. p. 1057. *Valerii Andreae* bibl. Belg. ed. Lowan. 1643. p. 33.). Quae cum ita sint, VV. DD. aut *Thomam Valentem*, quem vocant *Anglicum* (in Anglia natum), cuius libri plures [comment. in Genesin, Esaiam etc.] Thomae Aquin. *Angelico* in cdd. adscribuntur [vd. Barth. Adv. LVI., 10. Vall. ad III. carm. 9, 13. Freytag. Appar. lit. I. p. 245.] aut *Dionysium de Leewis* sec. XV. clarum [cf. Freytag. vers. germ. p. 25. I. Fr. Foppens. bibl. Belg. I. p. 242.] aut alium Germanum quemdam, quia *coemptionis* verbum (I, 4. p. 124.) per *ungelt* vertitur, hoc eximium opus confecisse rati sunt. Mihi hi commentarii e variis glossis, et fortasse sec. XV., quo omnes quod sciam illorum codd. exarati sunt, compositi videntur: cuius rei testimonia affero haecce: primum enim in cod. Gothano III. (vd. p. LX.) permultae glossae, quas editiones illius libri habent, desunt [deest etiam interpretatio verbi *coempt.*], deinde e quo fonte vita, quae in hoc libro extat, originem duxerit, supra (p. XXIV.) iam indicavimus, denique glossae *Mag. Guillehelmi*, quas in cod. Lipsiensi optimo inveni (vd. p. LXI.), maximam partem cum Thomae commentariis conspirant, sed his breviores sunt. Argumentum, ut hoc utar exemplo, librorum Boethii singulorum et loci ex aliis scriptoribus in utroque commentario allati ad verbum fere consentiunt, cf. annotationes ad I. carm. 1, 1. I. cap. 4. etc.; nisi breviorem esse plagellarum typis iam impressarum numerus me cogeret, locos excerperem complures. Sed — qui factum est, ut Thomae Aquinati illae adnotationes adscriberentur? Fortasse has glossas e variis mtis aut Thomas ille *Valens* aut *Maldonensis*, cuius libri aliquot (commentar. in Genesin, Psalmos etc. † 1404.) in codd. Thomae Aquin. tribuuntur, primi collegerunt aliique VV. DD. et Galli et Germani hanc glossarum collectionem suis auxerunt. — De *Iodoci Badii Ascensii* commentariis, qui una cum Thomae Lugduni ap. Io. de Vingle 1498. 1501. Fol., Lugd. Bat. ap. Io. Clein [1500?] 4. prodierunt, vd. Freytag. vers. germ. p. 27.

22) Hac versione iam usus est *Vallinus*. Carmina nuper pri-

Tamenetsi liber de quo agimus illis seculis per totam fere Europam divulgatus erat, tamen omnes eius, qui adhuc extant, codices ex uno fonte manasse quovis pignore contenderim, propterea quod omnes et ante ab intpp., et nunc a me ipso collati in lectionibus aliquot falsis consentiunt. Observavi enim omnes libros mstos veteres usque ad hoc tempus adhibitos primum scripturas aliquot servare, quae metro repugnant [23]), deinde nomina propria nonnunquam in iisdem esse corrupta [24]), ac denique in aliquot vetustioribus verba graeca, etiamsi sint depravata, tamen ad litteras congruere [25]).

Codex ille archetypus, e quo ceteri originem duxerunt, antiquissimus fuit et sine dubio aliquot in locis, non dico in multis, interpolatus, quoniam ad verba Boethiana emendanda paucis tantum coniecturis opus est. Etenim quo antiquiores codd. sunt, eo meliores: vitia autem eis, quae iam indicavi, exceptis reliqua librariorum neglegentiae debentur, qui verba et syllabas saepius bis scripserunt. Talium repetitionum genera observavi tria: nam sequitur aut vox iterata statim alteram, aut aliquot verbis post inserta est, quod frequentius quam illud factum esse variae lectiones

mus edidit *C. F. Weber* (Darmstad. 1833. 4.): Bonos i. e. veteres codd. Planud. non omnino usurpasse loci, quos in adnotationibus meis laudavi, docebunt.

23) I. carm. 4, 2. 6. 11. II. carm. 1, 8. III, 7, 1. carm. 4, 7. IV, 3, 39. IV, 4, 5. 24) P. 20, 19. *agaio:* III. carm. 12, 26. *trenera* etc.

25) P. 50. *ειοτων* cum interpr. *nisi aurium*, nam *βιοτον* extare in Erlangensi *Pfeifferus* quidem adnotavit, sed certum non est. P. 91. cf. lect. Gothan. I. Thuean. II. Victor. II. cdd. etc. In recentioribus codd. verba graeca aut omissa aut latinis characteribus scripta, sed tam vitiose leguntur, ut illas litteras voces graecas indicare nemini credibile sit; vd. Var. lect. l. l.

cod. Gothani, Erlangensis cet. demonstrabunt: nec raro alterum verbum corruptum sive ex syllaba repetita vocem quamdam esse formatam cognovi [26]). Deinde isti librarii saepissime verba, quae in uno versu bis legebantur et enuntiationes similibus vocibus incipientes omiserunt [27]). Tum interpretationes vocum difficiliorum sive glossas in textu nonnunquam admiserunt. [28]) Denique homoeoteleuta, quamvis ea raro inveniantur, occurrunt [29]). Quae quatuor vitia, qui textum Boethii volunt emendari, praeter cetera ante oculos habeant necesse est. — Ad hanc codd. familiam pertinent Erfurtensis a Sitzmano collatus, [Bernartii cod.] Valliniani IV [Thueani et Victorini], e meis Gothanus I, Erlangensis, Lipsiensis, Bosianus [Zwiccaviensis I?].

Ab his codd. veteribus multum distant recentiones, qui non solum illis vitiis laborant, sed librarii etiam, ne liber ad intellegendum nimis difficilis esset, omnia aposiopeseos et asynthetorum genera Boethio propria vocibus additis expulerunt, versus qui metro repugnabant mutaverunt [30]), non emendaverunt, et verba ipsa mirum in modum corruperunt [31]). Interpolati et corrupti praesertim ii sunt codd., qui sive in Italia ipsa exarati, sive e libris mtis in Italia exaratis originem duxisse dicuntur, quare duas interpolatorum codd. familias esse opinor, alteram eorum, de quibus iam diximus, alteram

26) 1. Cf. p. 59, 19. 101, 27. — 2. ib. 2. *bon. — tale ei bonum s.* p. 113, 2. — 3. p. 41, 13. 58, 22. etc. 27) P. 49, 20. 63, 12. etc. 28) I. carm. 5, 31. 29) P. 17, 11. 35, 3. 52, 8. *vilitate vil.* etc. 30) Cf. I. carm. 4, 2. *agit* etc.

31) Horum codd. omnium varias lect. selectas dedi, quoniam chartam frustra conficere nolui, sed quomodo sint corrupti ut ostendam, scripturas l. III. cap. 1. apponam: P. 40, 1. finierit *e* [de signis vd. huius cap. calcem], erectis *i*, dulcedo *eim*, paullo post *om. e*, solamen laxorum *g*. P. 41, 3. illa *om. g*, 7. est *om. g*,

eorum, qui sunt in Germania, Gallia et Helvetia scripti. Ad illud genus *Pulmani*, *Barthii*, [Helmstadiensis II. III. *Leyseri*] e meis Guelferbytanus, Gothanus II., Magdeburgensis II. et Zwiccaviensis II.; ad hoc Gothanus III., Magdeburgensis I., Dessaviensis [Helmst. I., Rittersh., Maguntini a *Webero* collati] et Regius *Vallini* pertinent, sed[32]) ad textum emendandum utriusque familiae codd. minus prosunt, magis obsunt. —

Editionum vett. sec. XV. duo esse genera cognovi, alterum earum, quae e *veteribus*, alterum, quae e *recentioribus* libris mtis sunt descriptae. E meis VII illo seculo ex codicibus editis ad primam familiam refero *Colonienses*, et ao. 1488. apud *Io. Koelhoff. de Lubeck*[33]), et ao. 1493. apud *Quentel.*[34]) atque *Hagenaviensem*[35]) a. 1491. typis descriptas: ad alteram *Norimber-*

quippe sunt *fg*, 8. quod *om. i*, flagrades agnosces *e*, felicit. inq. *efg*, illam ips. *ip* ill. *om. m*, 13. egote fac *eg* fac. inq. lib. caussa tui *g*, 17. ad contr. *e*, perfecta *g*.

32) *Barth.* in multis Adversar. suorum capitibus, se duos codd. habuisse dicit: qua de caussa ego var. lect. memoratu dignas repetii, sed cum librum eo tempore, quo textus typis describebatur, mihi acquirere non possem, eas in adnotat. dedi. — De *Leysero* vd. nota 58., de *Webero* not. 52.

33) In fine legitur: *Libri V de c. ph. Boetii cum commento* [Pseudo-Thomae] *per me Ioh'em Koelhoff de Lubeck Coloniae civem diligenter elaborati. A. sal.* Mcccclxxxviii *ipso die Ioh'is Chrysostomi finiunt fel.* — Eam possidet bibl. Gothana.

34) *Boetii v. celeberr. — c. commento b. Thome. Colonia.* In extremo volum. legitur: *libri* V *c. commentaria editione: per Henric. Quentel in Colonia diligenter elaborati explic.* A. *gratie* M.cccc.xciii. *pridie Kal. novembris.* [In bibl. Ien.]

35) In fine extant: *Libri — Impressi imperiali in oppido Hagenaw. Sub anno salutis Milles. q̄dringentimo nonagesimo primo Expliciunt. Nono vero kal. Martias.* Cf. *Freytag* Appar. litt. I. p. 247. *Pfeiffer.* Beiträge [vd. not. 21.] p. 187. — Hanc ed. ipse possideo.

gensem a. 1476.[36]), *Lugdunensem* a. 1490.[37]), *Argentinam* a. 1491.[38]) et *Venetam* a. 1497. evulgatas[39]).

Qui primi verba scriptoris ad librorum mtorum fidem correxerunt *Andreas Fabanus* Landaviensis[40]),

36) In fine haec sunt: *An. Torquati Sev. Boecii viri nominis celebritate q̄memorandi: textus de ph. c.: cum ed. commentaria beati Thome de Aquino ordinis predicatorum: Anthon. Coburgers civis inclite Nurnbergensium urbis industria fabrefactus finit felic. A.* Mccccl xxvi. *prid. Id. Novembr.* Haec ed., quae in bibl. Ien. asservatur, a principe *Nurnb.* 1473. paullum differt, cf. p. 43, 8.

37) Continet etiam *de disciplina scholarium* et Thomae comment. Impressa est *Lugduni per Iohan. de Prato* a. 1490. d. 22. April. [male *Schweiger*. d. 26. Nov. 18. Dec.] Asservatur in bibl. Serenissimi Princip. Schwarzb. Rudolstad.

38) In fine: *Avitii* (sic) *Torq. Sev. Boetii viri nominis celebritate, quam memorandi textus de cons. phil. cum editione commentaria b. Thome de Aquino ord. praedic. inclyte Argentinensium urbis industria fabrefactus finit fel. Anno a nativ. xpi* 1491. *prid. Non. Mart.* Bibl. Gothana eam possidet.

39) Continet Boethii opp. omn., in fine haec sunt: *Impressis Venetiis per Io. de Forlivio et Gregorium fratres. A. salut.* Mccccl xxxxvii *d.* x. *Febr.* Bibl. Ienensis hanc edit. asservat.

40) A. M. Torq. Boetii alias d. Sever. — opus spectatissimum et ad amussim (ut in proverbio est) elaboratum: iamque recentiori lima in Lipsiensi gymnasio ab innumeris mendis quibus antea maculatissimum circumferebatur purgatum et perquam fideliter castigatum. — In fine leg.: Impress. Liptzk per Iac. Tanner 1505. d. 22. dec. — Textum huius edit. recensuit sine dubio Mag. *Andr. Fabanus Landaviensis,* qui etiam carmen ad *Io. Bitrofium* Nümburgens. composuit: quam e cod. quodam descriptam esse non puto, nam inter has quae sequuntur var. lect. aliquot insunt coniecturae quibus versus illi metro laborantes alio modo sanantur, quam in recc. codd. et vett. edd.: I. carm. 4, 2. *tegit*, 6. *excitantis*, p. 9, 25. *crim. nos caussa*, p. 15, 11. *ut uti cael.*, p. 16, 3. *quis*, p. 20, 7. *desinit*, II. c. 1, 7 *magnum quoque s.*, p. 24, 2. *demulceret - faveret*, p. 49, 1. *Si v. regna*, 27. *elapsa*, p. 69, 22, verba graecä om., sed leg.: *Omnem — multit. i. e. Omnem — conserv.*, III. c. 12, 36. *site*, p. 75, 23. *deserentur*, p. 83, 32. *non modo non cred. — non aud.*, IV, carm. 6, 25. *His de* V. c. 1. 7.

Nic. Crescius[41]), *Io. Murmellius*[42]) et *Henr. Glareanus*[43]), nonnunquam e pessimis codd. lectiones receperunt, et locos genuinos, quos corruptos putabant, e coniectura temptaverunt. Magis igitur de maculis eluendis meriti sunt *Thom. Wolf.*[44]) et *Theod. Pulmanus*[45]), quamquam utrumque editonem Crescianam non vidisse magnopere dolendum est: nam ille verba graeca secundum interpretationem pessimam ex ingenio restituit, et hic e libris mtis recentioribus scripturas aliquot falsas Boethio intrusit. Textum a Pulmano constitutum permulti intpp. incorrupta fide servaverunt, quare eum *vulgatum* vocare non dubitamus: *Sitzmanus*[46]) enim ex Erfurt. et

conveniunt, p. 100, 10. *recid.*, p. 102, 2. *e contrario*, p. 103, 6. *erit aut non erit. Quo et.*, V, c. 3, 4. *constant.* Ceterum nonnunquam pessimas lectiones recepit ex cdd. interpolatis *F.* Hanc editionem raram ea, qua solet, humanitate mecum communicavit V. C. *Hessius.*

41) Florent. ap. Phil. Giunta. 1507. 1513. 1521. 8.

42) Colon. Quentel. 1511. 4.

43) Opp. omn. — Basil. Henricopetri 1546. fol., 1570. Insunt *Murmellii, Agricolae, Langii* animadvers.; *Ruteri,* qui textum secundum codd. III. constituisse (vd. Schweig.) fertur, in hac ed. non fit mentio.

44) Continet etiam de metris Boeth. disputationem. Prodiit Basil. 1522, 8. Ed. altera Antwerp. 1533., quam apud Schweig. non invenio, vd. Vallin. ad I, 4.

45) Prodiit Antwerp. [Plantin.] 1580. Lugd. Bat. ap. Franc. Rapheleng. 1590. — cum castigationibus Pulm. Rothomagi, ap. Romanum de Beauvais 1617. 16. Pulmani textum habent: Amstelodam. ap. Gu. Iansson. 1625. 12. 1631. 12. Paris. ap. C. Gourauld 1640. 12. Venet. ex typogr. Sanzoniana 1694. 16. — Aliam recensionem sequitur ed. Colon., in offic. Birkmannica, sumtibus Arnold. Mylii 1689. 12., in qua prosae capita desunt. Var. script. in Adnot. indicavimus aliquot. —

46) — nunc denuo Var. lect. et Notis illustrati a *Theod. Sitzmano*, Thuringo. Quibus subiunctus est Theod. Pulmani de Metris Boethianis libell. Hanoviae typis Wechelian. ap. Claud. Marnium et heredes Io. Aubrii 1607.

Rittershusii ed., quem hic V. D. a. Iac. Schegkio Med. et Philos. prof. olim Tubingensi acceperat, varias lectiones evulgavit, et *Bernartius*, qui e suo et Iusti Lipsii codd. scripturas aliquot attulit, ab illa recensione non recedunt: bene autem de scripti interpretatione meruit uterque, quamvis Bernartii commentarius nimio plus copiosus multa, quae ad rem non faciunt, suppeditet [47]. Neque magni pretii editio *P. Bertii* [48]) videtur, qui praeter praefationem, de qua supra saepius diximus, nihil novi dederit. Qua de caussa maiores laudes tribuendae sunt *Ren. Vallino* [49]), qui codd. vett. a recentioribus esse separandas bene vidit, quamquam neque ipsis verbis de ea re loquitur, neque libros mtos in familias divisit. Is usus est quatuor codd. vett., duobus

47) — *Ioh. Bernartius* recens. et comment. illustr. Antwerp. ap. Io. Moretum 1607. — De commentario vd. Barth. Advers. LI, 8. Exemplum cum mtis *R. Bentleii* collatum in Mus. Britan. asservatur.

48) — ed. a *Petro Bertio:* accedit eiusd. de discipl. schol. Lugd. Bat. ap. I. Maire [1620.] 1623. 1633. — De ista praefat. vid. p. I.

49) — eiusdemque opuscula sacra auctiora *Ren. Vallin.* recensuit et notis illustravit. Lugd. Bat. ex offic. Hackiana 1656. — ed. 2. ibid. 1671.: Boetii. de c. ph. et opusc. sacra cum integris notis [variae lectt. codd. Vallin. eiusdemque praef. desunt] *Io. Bernartii, Th. Sitzmani* et *Ren. Vallini.* Accedit P. *Bertii* praefat. — *Vallinus* et in Boethii philosophia et in eis, quos commemorat, viris inquirendis multum operae posuit, quare eius adnot. a VV. DD. magni aestimantur. — Recensionem Vallin. praebent edd. Oxon. 1663. 24. Bremens. 1672. 12. Paucis horis ante quam haec scriberem, mihi utendum dedit V. Cl. *Hessius* librum, qui Ψυχῆς Ἰατρεῖον *seu L. Aen. Senecae de Provid. Tranquill. Animi. Constantia sapientis. Libri additur Boethius de cons. Phil.* (Holmiae typ. Nic. Wankifkii 1676. 12.) inscribitur, cuius editor et Vallin. et Pulmanian. recensionem et codd. nondum collatos usurpasse videtur: inscriptio enim est: *A. M. Sev. Boetii V. C. et inlustr. excons. ord. exmag. offic. atque patric.* etc., ac p. 9, 7. (nostr. ed.) *acervasse*, p. 33, 4. *Aethna*, ib. 9. *prob. def.* om. *honor.*, p. 34, 2. *moveris* leguntur, quae in aliis edd. non inveni. Ceterum huius et ed. Amstelod. ap. Io. Blaev. 1668. a Schweig. mentio non fit.

Thueanis, duobus Victorinis, et Regio recentiore, [nunc bibliothecae Parisinae regiae] quos pro more seculi accurate non contulit. Huius V. D. vestigia pressit *Callyus*[50]), cuius textus a Vallin. paullum differt: *Vulpius* autem, qui ‚domesticis sumptibus Boeth. edendum curavit,' viam a Vallino initam deseruit ac ne codd. quidem adhibuit, sed ad fidem optimarum [pessimarum?] editionum orationem scriptoris recensuit [51]). Errores Vulpianos fere omnes propagavit *Helfrecht.* nec suos addere ipsi verecundum fuit, nam et locos complures, qui correctione non egebant, e coniectura mutavit, et saepe Vulpianas, quae recte se habebant, scripturas reiecit [52]). — Cum se isto modo res haberet, equidem aliam

50) — interpretatione et notis instruxit *P. Cally.* In usum Delphini. Lutet. Paris. ap. Lambert. Roulland. 1680. 4. ed. II. ibid. ap. Ferd. Leonard. 1695., in qua errata typographica indicata sunt, vd. Schweig. l. l.

51) — ad opt. edd. fidem recens. Accedit Bertii praef., Boethii vita a Mart. Rota conscripta, Th. Pulmani de metris Boeth. libellus, nec non Elpidis Boethii uxoris hymni duo. Patavii excudebat I. Cominus. 1721. 8. Ed. II. ib. 1744. — *Vulpium* editorem extrema praefatio nominat. Eadem textus recensio inest in ed., quam Glasguae in aed. academ. excudebant Rob. et Andr. Foulis 1751. [8., sed extant etiam exempla forma 4.], non Valliniana [cf. Schweiger. l. l.]: cum in praefat. huius ed. varr. lectt. e cod. Oxoniensi et Glasguensi afferantur, me ea uti non potuisse valde doleo, rarissima enim et haec et Vulpiana [quae *Hessii* V. C. humanitati debeo] exempla esse videntur. Huc etiam pertinent: — ex edit. Vulpiana cum notis et interpretat. in usum Delphini [cf. not. 50.], variis lect. [Vallin. codd.], notis variorum [Bernartii, Sitzm., Vallini, Callyi], recensu edd. et codd. et indice locupletissimo. Londini cur. et imprim. A. I. Valpy, AA. Mag. 1823. 8. — et cum praef. Bertii. Lips. Teubner 1753., quae multis erratis typographicis scatet atque haud scio an a *I. G. Richtero* [qui eodem anno apud eumdem bibliopolam versionem german. edidit] curata sit.

52) — ed. et vitam auctoris cum nonnullis additamentis [indice verborum Boethio propriorum et libello de metris] adiecit *Io. Theod. Benj. Helfrecht.* Curiae Regnitianae, ap. G. A. Grau 1797.

ingressus sum viam, neque dubito quin et Vulpiana et Helfrechtiana magis probanda sit. Codd. enim recentiores atque eas sec. XV. editiones, quae ad interpolatarum familiam pertinent, contuli quidem, sed ad verba Boethii emendanda adhibere dubitavi, neque aliorum interpretum suspiciones, nisi oratio aperte corrupta erat, in textu posui, neque quas ipse feci coniecturas duabus exceptis [I, 4. in. et II, p. 286.] philosophi verbis inserui, sed eas in adnotationibus laudavisse satis ha-

8. — In 8 plagellis fere 120 errata typographorum insunt! Ante oculos habuit editor Teubner. 1753., quam Vallini textum sequi putavit! — *Bodonianam* (Parmae 1798.) et *Eremitanam* (Paris. 1783.) edd., quae sunt rarae, mihi comparare non potui. — Edere voluerunt Boethii de c. Ph. libros *M. Mickel.*, scholae Arnstadiens. [?] Conrect., ‚ad antiquissimum et optimum exemplar recensitos‘, et *H. Lindemann*, vd. not. 60. et *Leys.* l. l. Codd. Maguntinos adhibuit ad carmina recognoscenda *Weber.* [vd. not. 22.], quos meum in usum mihi mittere voluit V. D. *Külb.* bibl. Magunt. praefectus, sed cum eos sec. XV. esse exaratos audivissem, non petii, at non possum, quin hic V. illi D. gratias agam maximas. — De versionibus optime disseruit *Freytag.* l. l., quare ibi commemoratis hae addendae sunt: *B o e c i u s* von d. Trost der Weisheit. *Iohannes Schot.* Strasb. 1500. vd. *Panzer.* Annal. d. ält. deutsch. Lit. p. 250. 504. *Iacob's* Beitr. etc. [cf. not. 53.] T. I. p. 286. *B o e t h.* vom Trost der Phil. übersetzt v. *I. H. Weingärtner.* Linz 1827. — Gedichte übers. v. *L. I. Wortberg.* Greifswald 1826. —

The Boke of Consolation of Philosophie; atte request of a singular Friend and Gossib of myne I. William Caxton have done my Debvoir and Payne Temprynte. Fol. sine a. — Libro de Boecio Severino entitulado de la consolacion de la Philosophia, por *Alberto de Aguayo*, parte en prosa, y parte en verso, imprim. a Sevilla 1524. 4. — Libro de B. Sev. entitulado — e dedicado a la Señora Doña Mariana de Austria, Madre de Carlos II. Rei de España. Por Fr. Antonio de Iesus y Maria. Sine loco et a. Cf. *Panzer.* Annal. Typogr. II. p. 180. — Italicae versiones prodierunt Venet. 1520. 1527., sed titul. in ed. Londin. 1823. non indicantur: *Varchianam* (Florent. 1551. 4.) repetiit *Bodoni* in ed. iam laudata: Boeth. — ad opt. libr. fidem recens. P a r m a e ex typogr. reg. 1798. 4 mai.

bui. Semper autem codd. meos vett. quatuor secutus sum ita, ut ex iis lectiones nonnunquam reciperem, quas ab aliis non inveni allatas, ac verborum ordinem, qui in reliquis editionibus mirum in modum corruptus vulgabatur, fere ubique mutarem. Quo factum est, ut huius editionis textus a Vulpiano Helfrechtianoque prope CCC locis distaret. Quod si contingeret, ut haec pauca, quae ad textum Boethii emendandum contuli, typis repeterentur, id sedulo agam, ut mihi usus vett. illorum codd. Gallicorum, Bambergensium Monacensiumque liberaliter concedatur, quos quominus nunc compararem et temporis et loci iniuria me impedivit.

Restat igitur, ut quos codd. benivolentia bibliothecariorum nactus sum, paucis describam, compendia, quibus eos in adnotationibus signavi, indicem; et a lectore benevolo petam, ut typothetarum errata emendet haecce: p. 8, 1. *rimarer*, p. 15, 12. *obiectorum*, p. 20, 27. *impatientia* p. 29, 13. *at*, p. 45, 10. *horum ad.*, p. 51, 1. *inglorius*, p. 53, 26. *devio*, p. 55, 15. *cuncta*, p. 139, 32 *arsi* (pro *thesi*), p. 150, 7. *ins. non s.* p. 158, 13. l. XXIX, 9. Cetera facile emendabuntur *).

Codices Gothanos iam *Fr. Iacobs.* descripsit.[53]) — Cod. I. Membr. (II. n. 103. Fol. 125. Alt 9.″ 5.‴ Lat. 6,″ lin. in pag. 21.) sub fin. sec. X. exaratus est. Continet praeter Boeth. cons. phil. opuscula, quae sub eius nomine feruntur, theologica [de trin., ad st. Iohann. diac. aeccl. (sic) rom. quomodo pater etc., quomodo substan-

*) Ad p. XVI. not 35. adde: in cod. vet. *Alançone* servato in fine l. de Musica legi: *Longobardorum invidia non explicit musica, X enim cap. desunt*; cf. *Fel. Ravaisson.: Rapport — sur les biblioth. de Departem. de l'Ouest* etc. Paris 1841. *C. Schmidt.* in Annal. Ien. 1842. N. 245.

53) Beiträge zur ält. Literat. oder Merkwürdigk. der herzogl. Bibl. zu Gotha (Lips. 1835.) T. I. p. 212—14.

tiae bonae sint, christ. fidei conplex., contra Eutychen et Nestor.], disputationem de metris B. eiusque vitae descriptionem, quam edidimus supra. Textus ex optimo fonte derivatus est, sed glossae et var. lect. et ab eadem quae textum exaravit manu et ab alia sec. XV. passim adscriptae non desunt. Orthographiam in editione nostra retinuimus; assimilatio enim, nisi *g* pro *d* ante *n*, *c* pro *d* ante *c* (*agnosco*, *accip.*), *f* pro *c* ante *f* (*effero*), raro invenitur, quare fere semper *conpono*, *adfect.*, *adligo* etc. scriptum extat. Graeca verba maxima ex parte a librario vitiose scripta sunt. — Cod. II. chartac. (A n. 870. Fol. 43.) XV. scriptus, interpolatis adnumerandus est, neque raro cum *Guelferbyt.* et *Zwiccav.* II., qui ex Italicis codd. descripti sunt, consentit. — Cod. III. chart. (A no. 20. Cypr. p. 49. n. XX.) continet IV Evangelia et Exposit. canonis missae, quae 1471. scripta est. Fol. 145. Boethii liber incipit, neque dubito, quin sive ex exemplo in Gallia exarato, sive ipsa in Gallia transcriptus sit. [54]) Commentarius fere semper cum Thomae explicationibus consentit [55]). Ceterum initium libri IV. usque ad verba *Tum illa* (p. 72, 5.) omittit: cuius cd., quoniam in numerum interpolatorum recipiendus est, varr. lectt. selectas dedi. Orthographia multum a nostra differt; pro *f* semper *v* et pro *v* semper *f* scribitur et cet.

54) I. 5. εἷς κοιϱ. ubi hanc interpretat. addit: *unus deus est et unus rex qui omnia regit Eye Roy payoteH* etc.

55) Nonnulla, ut supra iam monuimus, desunt, neque initium et finis utriusque commentarii consentiunt. V. libri commentarius his verbis terminatur: *Subiungit Boecius causam quare illa debeamus facere, quia quaecunque agimus aut facimus aut cogitamus deo nota sunt, nota regi regum, domino nostro, omnia videnti, qui tamquam iudex iustus bonis tribuit praemia et malis supplicia, neque aliquid potest ipsum latere, nam omnia nuda et aperta sunt oculis eius ad.........· qui deus omnipotens in sua trinitate sta cum intemerata virgine ac gloriosissima matre maria et orbis eius stus et electus sit benedictus nunc et semper in secula seculorum amen.*

Cod. *Bosianus* membr. forma 4ª sive s. fin. sec. XII. sive sub in. XIII. exaratus melioribus libris adnumerandus est, quare integras varias lect. typis describendas curavi, sed, quoniam librarius quidam sec. XV. scripturas rariores nonnunquam in vulgares correxit, semper utrum a 1. an a 2. manu lectiones in cod. extent, indicavi. Quae desunt suo loco notabo. Emit hunc librum ‚mense Iulio a. 1654. Lipsiae' *Io. A. Bosius*, olim in univers. Ienensi historiarum prof. p. o., quo mortuo celsissimi huius academiae patroni, ut bibliothecam Ienens. ornarent, sibi comparaverunt: quare in ipsis bibl. cancellis eum contuli. [56])

Cod. *Lipsiensis* bibliothecae Paulinae (N. 1345.) membran. sec. XIII. scriptus est forma 4ª. Constat e 83 fol., quorum priora varia continent. Pag. 4. extat Philosophiae imago, quae Boeth. in toro iacentem his verbis alloquitur: *Tune* — *evaseras* (I, 2.), cui respondet: *Et quid tu in h. exilii* etc. (I, 3.). Verba scriptoris p. 5. incipiunt et iuxta carm. 1. figura Philosophiae satis elegans picta est. Paginae per totum vol. in duas columnas sunt divisae, quarum singulae 31 vers. continent. Carminibus metra et prosae capitibus argumenta addita sunt, neque scholia et ab eadem, quae textum transcripsit, manu, et ab alia sec. XV. exarata desiderantur. Textus e meliore fonte fluxit et cum Goth. I., Bosiano atque Erlangensi fere semper consentit: sed octo folia (vd. p. 61, 25.) exciderunt. Scriptoris verba, quae p. 40. desinunt, *tabula ventorum* et *Glossae Magistri Guillehelmi super boetium* (vd. p. L.) sequuntur, et in fine volum. fol. 83. duae *elementorum* tabulae ac tertia Philosophiae imago prioribus multo deterior reperiuntur.

56) *Bosius* fragmentum cod. Boeth. se possedisse narrat in fronte ed. Vallin. 1656.; in cuius margine varias lect. (cf. p. 2, 23. 14. 1. nostr. ed.) perpaucas adnotavit: sed ubi illud fragmentum nunc asservetur, me fugit; in catalogo quidem libr. mtorum bibl. Ienens. id non invenio indicatum.

tiae bonae sint, christ. fidei conplex., contra Eutychen et Nestor.], disputationem de metris B. eiusque vitae descriptionem, quam edidimus supra. Textus ex optimo fonte derivatus est, sed glossae et var. lect. et ab eadem quae textum exaravit manu et ab alia sec. XV. passim adscriptae non desunt. Orthographiam in editione nostra retinuimus; assimilatio enim, nisi *g* pro *d* ante *n*, *c* pro *d* ante *c* (*agnosco*, *accip.*), *f* pro *c* ante *f* (*effero*), raro invenitur, quare fere semper *conpono*, *adfect.*, *adligo* etc. scriptum extat. Graeca verba maxima ex parte a librario vitiose scripta sunt. — Cod. II. chartac. (A n. 870. Fol. 43.) XV. scriptus, interpolatis adnumerandus est, neque raro cum *Guelferbyt.* et *Zwiccav.* II., qui ex Italicis codd. descripti sunt, consentit. — Cod. III. chart. (A no. 20. Cypr. p. 49. n. XX.) continet IV Evangelia et Exposit. canonis missae, quae 1471. scripta est. Fol. 145. Boethii liber incipit, neque dubito, quin sive ex exemplo in Gallia exarato, sive ipsa in Gallia transcriptus sit.[54]) Commentarius fere semper cum Thomae explicationibus consentit[55]). Ceterum initium libri IV. usque ad verba *Tum illa* (p. 72, 5.) omittit: cuius cd., quoniam in numerum interpolatorum recipiendus est, varr. lectt. selectas dedi. Orthographia multum a nostra differt; pro *f* semper *v* et pro *v* semper *f* scribitur et cet.

54) I. 5. εἷς κοιρ. ubi hanc interpretat. addit: *unus deus est et unus rex qui omnia regit Eye Roy payoteH* etc.

55) Nonnulla, ut supra iam monuimus, desunt, neque initium et finis utriusque commentarii consentiunt. V. libri commentarius his verbis terminatur: *Subiungit Boecius causam quare illa debeamus facere, quia quaecunque agimus aut facimus aut cogitamus deo nota sunt, nota regi regum, domino nostro, omnia videnti, qui tamquam iudex iustus bonis tribuit praemia et malis supplicia, neque aliquid potest ipsum latere, nam omnia nuda et aperta sunt oculis eius ad.......... qui deus omnipotens in sua trinitate sta cum intemerata virgine ac gloriosissima matre maria et orbis eius stus et electus sit benedictus nunc et semper in secula seculorum amen.*

Cod. *Bosianus* membr. forma 4ª sive s. fin. sec. XII. sive sub in. XIII. exaratus melioribus libris adnumerandus est, quare integras varias lect. typis describendas curavi, sed, quoniam librarius quidam sec. XV. scripturas rariores nonnunquam in vulgares correxit, semper utrum a 1. an a 2. manu lectiones in cod. extent, indicavi. Quae desunt suo loco notabo. Emit hunc librum ‚mense Iulio a. 1654. Lipsiae' *Io. A. Bosius*, olim in univers. Ienensi historiarum prof. p. o., quo mortuo celsissimi huius academiae patroni, ut bibliothecam Ienens. ornarent, sibi comparaverunt: quare in ipsis bibl. cancellis eum contuli. 56)

Cod. *Lipsiensis* bibliothecae Paulinae (N. 1345.) membran. sec. XIII. scriptus est forma 4ª. Constat e 83 fol., quorum priora varia continent. Pag. 4. extat Philosophiae imago, quae Boeth. in toro iacentem his verbis alloquitur: *Tune — evaseras* (I, 2.), cui respondet: *Et quid tu in h. exilii* etc. (I, 3.). Verba scriptoris p. 5. incipiunt et iuxta carm. 1. figura Philosophiae satis elegans picta est. Paginae per totum vol. in duas columnas sunt divisae, quarum singulae 31 vers. continent. Carminibus metra et prosae capitibus argumenta addita sunt, neque scholia et ab eadem, quae textum transcripsit, manu, et ab alia sec. XV. exarata desiderantur. Textus e meliore fonte fluxit et cum Goth. I., Bosiano atque Erlangensi fere semper consentit: sed octo folia (vd. p. 61, 25.) exciderunt. Scriptoris verba, quae p. 40. desinunt, *tabula ventorum* et *Glossae Magistri Guillehelmi super boetium* (vd. p. L.) sequuntur, et in fine volum. fol. 83. duae *elementorum* tabulae ac tertia Philosophiae imago prioribus multo deterior reperiuntur.

56) *Bosius* fragmentum cod. Boeth. se possedisse narrat in fronte ed. Vallin. 1656.; in cuius margine varias lect. (cf. p. 2, 23. 14. 1. nostr. ed.) perpaucas adnotavit: sed ubi illud fragmentum nunc asservetur, me fugit; in catalogo quidem libr. mtorum bibl. Ienens. id non invenio indicatum.

Cod. *Erlangensem* membran., quem in optimorum librorum mtorum numerum recipiendum et sec. XI. scriptum esse iudico, *A. F. Pfeifferus* accurate quidem descripsit, sed minus accurate contulit; quare, cum, quam scripturam exhiberet, dubitarem, saepius eius litteram uncinis includere eique signum interrogationis addere coactus eram. [57])

In bibliotheca *Guelferbytana* asservantur codd. Boethii de cons. ph. V, quorum tres olim *Helmstadienses* ad carmina recognoscenda adhibuit *Polyc. Leyser.* [58]) Is (3, 4. Ms. Aug. 4.), quem mecum benigne communicavit *Schoenemannus* V. Cl. bibl. illius summus praefectus, et olim C a r. D a t u s Florentinus, qui dedit N. H e i n s i o Danielis fil., possidebat: sec. XV. (non XIII., uti *Ebert.* male opinatus est) *Schoenem.* atque *Hessio* VV.DD. harum rerum peritissimis iudicibus in Italia exaratus est, quod et orthographia et ipsi litterarum ductus satis ostendunt, nam *michi* pro *mihi*, *hii* pro *ii* et *hi*, *e* pro *ae* et *oe* semper scriptum extat,, etc. Ad interpolatorum et corruptorum familiam eum pertinere supra iam diximus. Ceterum nonnunquam, ubi variae sunt scripturae, librarius verba, ut ab alia manu suppleri possent, consulto omisit.

Codd. *Magdeburgenses* duos chartac. *M. A. Kinderling* , scholae coenob. Bergensis olim professor, a. 1771. cum exemplo Sitzmaniano contulit, quorum alter [= *m*, ut ipse *K.* in titulo illius ed., quae nunc in bibl. Paul. Lips. asservatur, adnotavit] forma 4[a] sec. XIV. non admodum eleganter scriptus est, quasdam tamen bonas lect. exhibet: alter [= *i*] maiore charactere satis eleganter in forma 4[a] scriptus adiunctum sibi habet comm. Thomae Aquin. et ita in calce annum scriptionis indicat: *Explicit*

57) Vd. Beiträge zur Kenntniss alter Bücher u. Handschriften (Hof 1783.) part. I. p. 139 sqq. et part. II. p. 149 — 185.

58) L. l. p. 92 etc. Lectiones notatu digniores repetii: *quartus* Helmst. cod. (N. 996. ?) Leys. notus fuisse non videtur.

l. V. Et sic est finis libri Venerabilis Bohecii de cons. philosophica. A. Dom. millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto. Tunc subiuncta sunt librorum summaria et in fronte cod. Domini I. Heyden Canon. Magdeburg. fuisse legitur. Librum mtum utrumque, qui interpolatis adnumerandus est, *Kinderling.* accurate inspexisse negaverim, quare saepius eius notas [ ] inclusi.

Codd. *Zwiccavienses. Henr. Lindemann.* ad ed. huius Boethii libri novam parandam codd. mtos comparavit VI, quorum unus (interpolatus) Dresdensis, duo Misnens. (unus sec. XIII. melioris notae, alter sec. XV. corruptus) et tres bibliothecae Zwiccav. senatoriae sunt, et edd. rarissimas Argentinensem (1501.) ac Basiliensem (1541.)[59]) adhibuit. Ego duos Zwicc. codd., quos mihi ea, qua solet, humanitate misit *Hertelius*[60]), contuli, quorum prior chartac. a. 1501. in Gymnasio Haynensi (i. e. Zwiccaviensi) exaratus cum melioribus comparandus est: sed quod cum vett. edd. bonae notae saepius convenit et scriptura vocum recentior est, ne ab editione eiusdem familiae originem ducat, vereor. *Martyni Laguna* eum olim possidebat, et quia in incendio villae huius V. D. vulnera ei allata sunt gravia, factum est, ut in singula folia solveretur atque haud exigua eius pars (cf. p. 48, 7.) periret. Post librum IV. inserti leguntur vv. 90 carminis, quod Lactantio tribuitur, *de Phoenice.* — Alter varia continet: verba Boethii in hoc cod. interpolata extant, quae quidem e cod. in Italia exarato manasse quovis pignore contenderim. Ceterum tres libri priores scholiis marginalibus, quae in Pseudo-Thomae Aquinatis commentario paene omnia leguntur, referti sunt, et ex fine Terent.

59) Vd. Progr. lycei *Zwiccav.* 1827. ‚Descriptio codd. bibl. Zwicc. spec. III.'

60) Tertium Zw. cd., qui etiam Senec. ep. continet, ideo non nactus sum, quod eo tempore Portam ad V. C. *Fickert.* huius philosophi optimum intp. migraverat.

Eunuchi, ubi hi numeri inveniuntur 188Vi (i. e. 1486.), Boeth. libros eo anno scriptos esse concludi potest, nam ab eadem manu, quae hoc opus exaravit, Terentianae quoque fabulae profectae sunt.

Cod. *Dessaviensis* chart. sec. XV. in Germania exarati lect. var. ad libr. I. mihi dedit amicissimus *Aug. Fuchs.* Dessav., sed raro eas laudavi, quoniam semper cum Gothano III. et Magdeburg. I. hunc cod. conspirare observavi.

Signa, quibus codices et editiones in variis lectionibus insignivi, haec sunt:

A	=	Cod. Gothan. I.	
B	=	— Bosianus.	
C	=	— Lipsiensis.	
D	=	— Erlangensis.	
Z	=	— Zwiccaviensis I.	
e	=	— Gothanus II.	
f	=	— Zwiccav. II.	
g	=	— Guelferbytan.	
i	=	— Magdeburgensis II.	
m	=	— Magdeb. I.	
p	=	— Goth. III.	
T1.	=	— Thuaenus I.	a Vallin. collat.
T2.	=	— Thuaenus II.	
TII.	=	— Thuaen. uterque.	
V1.	=	— Victorinus I.	
V2.	=	— Victorinus II.	
VII.	=	— Victor. uterque.	
R	=	— Regius.	
Dess.	=	— Dessaviensis.	
Ritth.	=	— Rittershusii.	
Helmst. 1. 2. 3.	=	Helmstadiens. a *Leysero* collati.	
Magunt. 1. 2.	=	Maguntini *Weberi.*	
H	=	Ed. Hagenaviensis 1491.	
K	=	— Coloniensis ap. Koelhoff. 1488.	
L	=	— Lugdunensis 1490.	
N	=	— Norimbergens. 1476.	
Q	=	— Colon. Quentel. 1493.	
V	=	— Veneta 1497.	
α	=	— Argentina 1491.	
X.	=	Pulmaniana recensio (Vulgata).	
X.etc.	=	Pulm., Vallin., Vulpius, Helfrecht.	
Vulp. etc.	=	Vulpius, Helfrecht.	

Notae *Glar.*, *Bern.*, *Vall.*, *Vall. etc.*, *ABCDetc.* ~ (∞ = *similiter*) *om.* sine dubio a lectoribus intellegentur.

ANICII MANLII SEVERINI BOETHII

DE

CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE.

LIBER I.

I. Carmina qui quondam studio florente peregi,
Flebilis, heu, maestos cogor inire modos.
Ecce mihi lacerae dictant scribenda Camenae
Et veris elegi fletibus ora rigant;
Has saltem nullus potuit pervincere terror,
Ne nostrum comites prosequerentur iter;
Gloria felicis olim viridisque iuventae
Solantur maesti nunc mea fata senis.
Venit enim properata malis inopina senectus,
Et dolor aetatem iussit inesse suam.
Intempestivi funduntur vertice cani,
Et tremit effeto corpore laxa cutis.
Mors hominum felix, quae se nec dulcibus annis
Inserit et maestis saepe vocata venit.
Eheu, quam surda miseros avertitur aure,
Et flentes oculos claudere saeva negat.
Dum levibus malefida bonis fortuna faveret,
Paene caput tristis merserat hora meum.
Nunc quia fallacem mutavit nubila vultum,
Protrahit ingratas impia vita moras.
Quid me felicem totiens iactastis amici?
Qui cecidit, stabili non erat ille gradu.

An. Manl. Sev. Boetii. V. C. Et illustris excons. ordinar. ex mac̄. off.˜ atque patric. philosophicae consolationis LIBER I. FELICITER INCIPIT. *A.* — A. M. S. Boetii. exconsularis ordine. patr. philosophicae consol. lib. prim. Incipit. *C.* — Bohecius *p.* — *Cet. inscriptionem om.*

I. v. 2. adire *Helfr.* — 4. eleys *Helmst.* 1. elegis *coni. Leyser.* — 5. pervertere t. *m.* — 6. ni *A.* perseq. *f. prob. Lind.* 8. solantur] *Codd. omn. Vall.* solatur X. *Vulp. etc.* — 9. propar. *D.* — 13. nec se *coni. Lindem. Helmst. 1.* nec se nec *f.* se nec *etiam* ...

Vinc. Bellov. sp. d. VI, 118. *et hist.* XXII, 16. — 14. ingerit *Vinc. ll. ll.* — 15. heu *BD.* heu heu *gpKLNVα.* — 17. cum *Helmst. 1.*

I. Haec dum mecum tacitus ipse reputarem querimoniamque lacrimabilem stili officio signarem, adstitisse mihi supra verticem visa est mulier reverendi admodum vultus, oculis ardentibus, et ultra conmunem hominum valentiam perspicacibus, colore vivido atque inexhausti vigoris, quamvis ita aevi plena foret, ut nullo modo nostrae crederetur aetatis: statura discretionis ambiguae. Nam nunc quidem ad conmunem sese hominum mensuram cohibebat, nunc vero pulsare caelum summi verticis cacumine videbatur: quae cum altius caput extulisset, ipsum etiam caelum penetrabat respicientiumque hominum frustrabatur intuitum. Vestes erant tenuissimis filis, subtili artificio, indissolubili materia perfectae, quas, uti post eadem prodente cognovi, suis manibus ipsa texuerat. Quarum speciem, veluti fumosas imagines solet, caligo quaedam neglectae vetustatis obduxerat. Harum in extremo margine *Π*, in supremo vero *Θ* legebatur intextum. Atque inter utrasque litteras in scalarum modum gradus quidam insigniti videbantur, quibus ab inferiore ad superius elementum esset adscensus. Eamdem tamen vestem violentorum quorumdam sciderant manus, et particulas, quas quisque potuit, abstulerant. Et dextra quidem eius libellos, sceptrum vero sinistra gestabat. Quae ubi poeticas Musas vidit nostro adsistentes toro fletibusque meis verba dictantes, conmota paullisper ac torvis inflammata luminibus, quis, inquit, has scenicas meretriculas ad hunc aegrum permisit accedere, quae dolores eius non modo nullis remediis foverent,

I. 1. dum ego m. *2Bfg* mec. *om. 1B.* tac. ipse mec. *A.* tac. mec. ipse *Vall.* — 2. lacrimabilemque *Z.* — signarem] *ABCDp.* design. *Zefgim Edd. vett. X. etc.* — 4. ard. ocul. *A* — 6. quamvis enim ita *e.* — 6. plena for. aevi *B.* — 8. ambig. erat *efip Barthii cd.* — 10. summo *C.* — 11. alt. cap.] *ABCDZefgp.* cap. altius *imHKLNQXetc.* cael. et. *A.* respic. sese hom. *Bp.* sese resp. *ZHKLNV.* in ips. — pen. sese, resp. *coni. Barth.* — 13. Vestes autem er. *ef.* Vest. aut. eius er. *i.* Vest. eius er. *coni. Lind.* intuitus NV *Glar.* tennissimus *D.* indissolubili] *V1.* *ABCDZefg (im?) HKLNQ Lind.* *indissolubilique X. etc.* et ind. *p.* — 14. quas — texuer. *om. 1C.* potest *D.* ead. mihi pr. *p.* — 15. ipsa *om.* AHLNQV*α.* — 18. *Π* graecum ABCD. p graecum *Cet. codd. et edd. vett.* *Θ om. B.* T *HK.* — 19. in m. scal. *B.* sc^a^ol. *A.* — 20. inferiori *C.* — 21. ess. elem. *Ap.* — 22. man. scid. *Ce.* et *om. L.* — 23. poterat *ZfgK Bosii fragm.* potuerat *coni. Lind.* abstulerat *V2. ZeQ.* abstulerunt (ant?) *A.* — 24. gerebat AHKNQV*α* *Dess. Glar.* — 26. dict. verba *Z.* — 28. accedere] *Cd. ap. Wass. ad Sall. Cat. 47.* pervenire. — 29. ullis *AegipN.* rem. fov.] *ABCDetc. Vall.* fov. rem *HL. X. Vulp. etc.*

verum dulcibus insuper alerent venenis? Hae sunt enim, quae infructuosis adfectuum spinis, uberem fructibus rationis segetem necant, hominumque mentes adsuefaciunt morbo, non liberant. At si quem profanum, uti vulgo solitum, nobis blanditiae vestrae detraherent, minus moleste ferendum putarem; nihil quippe in eo nostrae operae laederentur; hunc vero Eleaticis atque Academicis studiis innutritum? Sed abite potius Sirenes usque in exitium dulces meisque eum Musis curandum sanandumque relinquite. His ille chorus increpitus deiecit humi maestior vultum, confessusque rubore verecundiam limen tristis excessit. At ego, cuius acies lacrimis mersa caligaverat, ne dinoscere possem, quaenam haec esset mulier tam inperiosae auctoritatis, obstupui visuque in terram defixo, quidnam deinceps esset actura, expectare tacitus coepi. Tum illa propius accedens in extrema lectuli mei parte consedit, meumque intuens vultum luctu gravem atque in humum maerore deiectum, his versibus de nostrae mentis perturbatione conquesta est.

II. Heu, quam praecipiti mersa profundo
Mens hebet, et propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras,
Terrenis quotiens flatibus aucta
Crescit in inmensum noxia cura!
Hic quondam caelo liber aperto
Suetus in aetherios ire meatus
Cernebat rosei lumina solis,
Visebat gelidae sidera lunae,
Et quaecunque vagos stella recursus

1. ver. etiam d. *f.* — 2. a fruct. *p.* — 3. hom. — liber. *suprascr. in A.* — 4. ac si *H.* — 5. nob.] *ACgietc. Vulp. etc.* vobis *BD Vall.* detrah. nob. m. *ip.* — 7. achad. *ABCD.* — 8. inn. Sed] *ABCDZHLKNQα Vall.* attigistis enutr. *Cet. X. Vulp. etc.* nutr. detrahitis *g.* enutr. allexistis *V.* innutr. *ACD Misnens. 1.* nutr. *B.* enutr. *Cet.* — 9. que *om. D.* — 10. sanand. *om. A.* — 11. confususq. *Bef.* — 13. caligaverat] AB. caligaret *D.* caligarat *X. etc.* ne] *A.* nec *Cet.* ut nec *L. Wolf.* — 15. actor. *B.* obst. et ego vis *f.* — 16. esset mulier act. *efp.* — 17. Tunc *efim.* illa *om. Erf.* — 19. defixum *c. glossa* deiect. *A.* verbis (*c. gl.* versibus) *Aefg Erf.* — 20. sic conq. *f.* —

II. 3. extremas *gim Helmst. 2. 3. Mogunt. 1. Leyser.* — 4. aucta] *ABCD. Vall.* acta *Cet. X. Vulp. etc.* — 5. in *om. 1Bg.* — 7. Asuet. *B.* Suet$\overset{u}{o}$s *D* —

Exercet varios flexa per orbes,
Conprensam numeris victor habebat.
Quin etiam caussas, unde sonora
Flamina sollicitent aequora ponti,
Quis volvat stabilem spiritus orbem,
Vel cur Hesperias sidus in undas
Casurum rutilo surgat ab ortu,
Quis veris placidas temperet horas,
Ut terram roseis floribus ornet,
Quis dedit ut pleno fertilis anno
Auctumnus gravidis influat uvis,
Rimari solitus atque latentis
Naturae varias reddere caussas.
Nunc iacet effeto lumine mentis
Et pressus gravibus colla catenis
Declivemque gerens pondere vultum,
Cogitur, heu, stolidam cernere terram.

II. Sed medicinae, inquit, tempus est, non querelae Tum vero totis in me intenta luminibus: Tune ille es, ait, qui nostro quondam lacte nutritus, nostris educatus alimentis, in virilis animi robur evaseras? Atqui talia contuleramus arma, quae nisi prior abiecisses, invicta te firmitate tuerentur. Agnoscisne me? quid taces? pudore an stupore siluisti? mallem pudore, sed te, ut video, stupor oppressit. Cumque me non modo tacitum, sed elinguem prorsus mutumque vidisset, admovit pectori meo leniter manum; et, nihil, inquit, periculi est, lethargum patitur, communem inlusarum mentium morbum. Sui paullisper oblitus est; recordabitur

12. compnssam in *A*. — 14. sollicitant *BepHKLN*. — 16. sydus *DC (sic semper)*. — 18. quid *ABCDg Helmst. omn. Vall.* quis *ef etc. X. Vulp. etc.* placitas *HK Dess.* temperat *eg*. — 19. terras *LN. X. Vulp. etc.* — 20. quid *Erford. Vall.* — 21. effluat *m* confl. *f*. — 24. effecto *B*. —

II. 1. inq. t. e. non] *A. Vall.* potius t. e. quam *Cet. X. Vulp. etc.* [pot. *om. D, utrum* non *an* quam?]. m. tibi i. t. e. quam potius *B∞f*. i. t. quam [*a 2. m.*] *g* t. e. pot. quam *HKα* magis t. — quam q. *Cp∞im*. — 2. oculis *suprascr.* lum. *A.* tune es ille *CefimKH. X. Vulp. etc.* tu esne i. *LNVα* nut. quond. n. lacte *C*. — 3. nostrisque *ip*. — 4. Atq. tibi tal. *efip. def. Barth.* (*Adv.* VI, 9.) — 5. prius *egim LNV. X etc.* prior *Cet., et. Vall. omn., Vinc. Bellov. sp. h.* XXII, 16. te tibi firm. *coni. Barth. (l. l.)* — 6. me inquit *i*. — 10. levit. *gpHL*. — 11. loetharg. *D.* letarg. *ABCg*. — 12. suique *fm*. —

facile, si quidem nos ante cognoverit. Quod ut possit, paullisper lumina eius mortalium rerum nube caligantia tergamus. Haec dixit oculosque meos fletibus undantes contracta in rugam veste siccavit.

III. Tunc me discussa liquerunt nocte tenebrae
Luminibusque prior rediit vigor,
Ut cum praecipiti glomerantur sidera Coro
Nimbosisque polus stetit imbribus,
Sol latet ac nondum caelo venientibus astris,
Desuper in terram nox funditur.
Hanc si Threicio Boreas emissus ab antro
Verberet et clausum reseret diem,
Emicat et subito vibratus lumine Phoebus
Mirantes oculos radiis ferit.

III. Haud aliter tristitiae nebulis dissolutis, hausi caelum, et ad cognoscendam medicantis faciem mentem recepi. Itaque ubi in eam deduxi oculos intuitumque defixi, respicio nutricem meam, cuius ab adolescentia laribus obversatus fueram, Philosophiam. Et quid, inquam, tu in has exilii nostri solitudines, o omnium magistra virtutum, supero cardine delapsa venisti? an ut tu quoque mecum rea falsis criminationibus agiteris? An, inquit illa, te alumne desererem nec sarcinam, quam mei nominis invidia sustulisti, communicato tecum labore partirer? Atqui Philosophiae fas non erat incomitatum relinquere iter innocentis, meam scilicet criminationem vererer, et quasi novum aliquid acciderit,

1. sui siq. *fHKLNQVα.* cognovit *e.* recognoverit *p Vulp. etc.* poss. cognoscere *g.* p. agnosc. *L.* — 4. veste sua *im.* —

III. 1. Tum *C.* — 2. que *om. D.* — 3. praeciti *c. gl.* veloci *D.* — 4. nimbosusq. *A1g.* — 7. amiss. *ef.* treic. *AC.* trahic. *Bp* Helmst. 1. 2. traic. *giL Helmst.* 3. thraic. *ZKH Leyser.* — 8. verberat *1Bep.* clarum *coni. Wakefield. ad Lucret.* VI, 114. reseret *Omnes.* —

III. 1. Haut *ABC (sic fere semper).* — 3. in eam ubi *A.* — 4. respexi *efip.* in cui. *ZefmipLNVαX. Vall. etc. Cet.* in *om.* — 5. obvers.] (obversat. observatus *A) BCDetc. Vall.* convers. *i.* advers. *H.* vers. *Flor. X.* .... *Vulp. etc.* — 6. nostri *om. A.* sol. nost. ex. o mag. omn. v. *B.* o *om. D.* — 7. superno *LQVGlar.* a superno *N* supremo *fim.* — 7. venisti *om. D.* venistis *B.* — 8. criminibus *Befgi (gl. in A).* — 9. illa *om. fLN.* te *om. 1B.* o alumn. *X. e rec. cdd., vd. Not.* ne *R.* ob invidiam *ip* nom. ex livore sust. *LN* sumpsisti *C.* — 12. iter tui in. *g.* — 13. novi *V2. fiLFlor. Vulp. etc.* —

perhorrescerem? Nunc enim primum censes apud inprobos mores lacessitam periculis esse sapientiam? Nonne apud veteres quoque ante nostri Platonis aetatem magnum certamen saepe cum stultitiae temeritate certavimus? eodemque superstite praeceptor eius Socrates iniustae victoriam mortis me adstante promeruit? Cuius hereditatem cum deinceps Epicureum vulgus ac Stoicum ceterique pro sua quisque parte raptum ire molirentur meque reclamantem renitentemque velut in partem praedae detraherent, vestem, quam meis texueram manibus, disciderunt, abreptisque ab ea panniculis totam me sibi cessisse credentes abiere. In quibus, quoniam quaedam nostri habitus vestigia videbantur, meos esse familiares inprudentia rata, nonnullos eorum profanae multitudinis errore pervertit. Quod si nec Anaxagorae fugam nec Socratis venenum nec Zenonis tormenta, quoniam sunt peregrina, novisti, at Canios at Senecas at Soranos, quorum nec pervetusta nec incelebris memoria est, scire potuisti. Quos nihil aliud in cladem detraxit, nisi quod nostris moribus instituti, studiis inproborum dissimillimi videbantur. Itaque nihil est quod admirere, si in hoc vitae salo circumflantibus agitemur procellis, quibus hoc maxime propositum est, pessimis displicere. Quorum quidem tametsi numerosus est exercitus, spernendus tamen est: quoniam nullo duce regitur, sed errore tantum temere ac passim limphante raptatur. Qui si quando contra nos aciem struens valentior incubuerit, nostra quidem dux copias suas in arcem contrahit, illi vero circa diripiendas inutiles sarcinulas occupantur. At nos desuper inridemus vilissima rerum quaeque rapientes securi totius furiosi tumultus eoque vallo muniti, quo grassanti stultitiae adspirare fas non sit.

1. sic perhorr. *RV2. Vulp. etc.* num *LNVα* numquid en. *ip.* ergo prim. *A.* — 2. lacess. — veter. *om. B.* — 4. cert. saepe] ACD. saepe cert. *Cet. X. etc.* certam. *om. 1B.* — 6. astante *ACD.* — 7. cum *om. 1B.* — 9. velud *D.* — 10. detrah.] *AB(D?)fip Ms. Rtths.* trah. *Cet.* X. *etc.* — 10. meis m. tex. *Cf.* — 12. particulis ab ea *CZK.* concessisse *gm.* — 12. abirere *B.* — 15. per errorem subfertit *p.* — 17. tormentum *A.* ac can. ac sen. ac *eHL* ac sor. *f.* — 20. deiecit *Ms. Rtths.* — 22. quod *om. B.* mirere *1B.* — 23. circumstantibus *BGlar. Helfr.* — 25. num. est] *AD.* est *om. Z Erf. NQVα* est num. *Ceteri.* tam. sp. est *Vinc. Bell. sp. h.* XXII, 16. — 26. qui n. *Vinc. ib.* — 27. limphatice *Cp.* — 29. trahit *B.* — 30. derip. *B.* inutil. *om. A.* sarcinas *m.* Ac nos *ZQGlar.* — 33. non fas sit *A.*

IV. Quisquis conposito serenus aevo
Fatum sub pedibus dedit superbum
Fortunamque tuens utramque rectus,
Invictum potuit tenere vultum;
Non illum rabies minaeque ponti
Versum funditus excitantis aestum,
Nec ruptis quotiens vagus caminis
Torquet fumificos Vesevus ignes,
Aut celsas soliti ferire turres
Ardentis via fulminis movebit.
Quid tantum miseri feros tyrannos
Mirantur sine viribus furentes?
Nec speres aliquid nec extimescas,
Exarmaveris inpotentis iram:
At quisquis trepidus pavet vel optat,
Quod non sit stabilis suique iuris,
Abiecit clypeum locoque motus
Nectit, qua valeat trahi, catenam.

IV. Sentisne, inquit, haec atque animo inlabuntur tuo? an ὄνος λύρας? Quid fles, quid lacrimis manas? ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ. Si operam medicantis expectas, oportet vulnus detegas. Tum ego conlecto in vires animo: Anne adhuc eget admonitione, nec per se satis eminet fortunae in nos saevientis asperitas? Nihilne te ipsa loci facies movet? Haeccine est bibliotheca, quam certissimam tibi sedem nostris in laribus ipsa delegeras? in qua mecum saepe residens de humanarum divinarumque rerum scientia disserebas? Talis habitus talisque vultus erat cum tecum naturae secreta

IV. 2. agit *2BgQ* egit *A1BCDetc. Em. Rud. Agricola.* — 6. exagitantis *Codd. mei omn. et T1. VII. R.* agitant. *Edd. vett. omn. Em. Rud. Langius* [*Num T2.* excit.??]. — 7. vagos *A.* — 8. fumificus *A.* — 9. Haut *Zefp Helmst. 2. LNVDess.* ac *m Helmst. 3.* — 11. saevos *Codd.* [*praeter T2.?*] *et edd. vett. omn. Em. Lang.* — 13. Neç sp. *A.* ne *L. Wolf.* — 14. potent. *A.* — 15. optet *1BD.* — 18. valet *A.* —

IV. 2. an ὄν.] (*αvανος A*) *λύρ.* (*λιρ A*) *ABCD.* Esne (*Vall.*) *ὄν. πρὸς λύραν X Vulp. etc.* ε*ξΛΙαΛ KHKεΥΘΝΙΝ.* Quid fles etc. *A.* (*In BCD verba graeca legi non possunt.*) Esne asinus ad liram confiteare mihi et ne abscondas (occultes) mala *Rec. codd. et edd. vett.; eadem verba in vett. mtis glossae inveniuntur. Vd. Hom. Il. α, 363.* — 4. op. ut *ZeHLKNQVα X. Vinc. Bell. h. XXII, 16. Vulp. etc.* quod vuln. *f.* det. tuum *HKLNQVα X. Vulp. etc.* — ego inquam *gp.* ego dixi *e.* — 7. fac. loci *BL* haecc. illa est *e* haec nunc e. *g.* — 9. divin. hum. rer. *eg. X. Vulp. etc.* — 10. apte diss. *L.* —

rimrarer, cum mihi siderum vias radio describeres, cum mores nostros totiusque vitae rationem ad caelestis ordinis exemplar formares. Haeccine praemia referimus tibi obsequentes? Atqui tu hanc sententiam Platonis ore sanxisti: *Beatas fore respublicas, si eas vel studiosi sapientiae regerent, vel earum rectores studere sapientiae contigisset.* Tu eiusdem viri ore hanc sapientibus capessendae reipublicae necessariam caussam esse monuisti, ne inprobis flagitiosisque civibus urbium relicta gubernacula, pestem bonis ac perniciem inferrent. Hanc igitur auctoritatem secutus, quod a te inter secreta otia didiceram, transferre in actum publicae administrationis optavi. Tu mihi et qui te sapientium mentibus inseruit deus, conscii, nullum me ad magistratum, nisi conmune bonorum omnium studium, detulisse. Inde cum inprobis graves inexorabilesque discordiae, et quod conscientiae libertas habet, pro tuendo iure spreta potentum semper offensio. Quotiens ego Conigastum in inbecillis cuiusque fortunas inpetum facientem obvius excepi, quotiens Triguillam regiae praepositum domus ab incepta, perpetrata iam prorsus iniuria deieci, quotiens miseros, quos infinitis calumpniis inpunita barbarorum semper avaritia vexabat, obiecta periculis auctoritate protexi! Numquam me ab iure ad iniuriam quisquam detraxit. Provincialium fortunas, tum privatis rapinis, tum publicis vectigalibus pessumdari, non aliter quam qui patiebantur, indolui. Cum acerbae famis tempore gravis atque inexplicabilis indicta coemptio profligatura inopia Campaniam provinciam videretur, certamen adversum praefectum praetorii conmunis

3. Haecc. sunt p. quae r. *A.* — 4. Atqui] *Omn. m.* atque *Vulp. etc.* Plat. ore] *Cf. de Rep.* V, 18. *p.* 473 DE. — 7. sap. *om. 1A.* Tu etiam ei. *C. Vd. Reip.* VI, p. 485—87. — 8. nec. es. caus. *A.* — 10. pest. ferr. *T1. RBDgHK Flor.* ego (*supr.* igit.) *gm.* auct. ego s. *C.* — 14. estis consc. *ZmipHX. Vulp. etc.* cons. est. *efgLNV. Cet. om.* est. *(In A sup.* consc. *script. est a manu sec. XV.)* — me *om. 1A.* — 15. Perinde *C.* Inde mihi c. *ep.* — 16. inpr. flagitiosisque *D.* disc. fuerunt *Zefmp.* — 17. spreta est *ep* mihi sp. *g* spr. a me *i Vinc. ib.* potentium *CDHQ Vinc. ib.* potentiorum *ZK Vall. etc.* — 18. ego obvius ei — fac. exc. *Erf.* — 19. cuiasq. *Graff.* in *om. 1BpiL* (imbecillus) *Graff.* in inbecilli *D.* — 20. trigguil. *V2.* triguuil. *D.* quot. miseros tr. *Z.* — 21. et iam inc. *C* et perp. *V2. RZefHKQ Glar.* perpetrataque *im LNVαX. etc.* que *om. ABCDgp.* nperataque *V1.* prors. iam *B.* — 24. Numq. enim me *B.* de iiur. *i.* — 26. rap. publ. *1B.* vect. publ. A. — 28. et *A.* — 29. prov. *om. L.* —

conmodi ratione suscepi, rege cognoscente contendi, et ne coemptio exigeretur, evici. Paulinum consularem virum, cuius opes palatinae canes iam spe atque ambitione devorassent, ab ipsis hiantium faucibus traxi. Ne Albinum consularem virum praeiudicatae accusationis poena corriperet, odiis me Cypriani delatoris opposui. Satisne in me magnas videor exacervasse discordias? sed esse apud ceteros tutior debui, qui mihi amore iustitiae nihil apud aulicos, quo magis essem tutior, reservavi. Quibus autem deferentibus perculsi sumus? quorum Basilius olim regio ministerio depulsus in delationem nostri nominis alieni aeris necessitate conpulsus est. Opilionem vero atque Gaudentium, cum ob innumeras multiplicesque fraudes ire in exilium regia censura decrevisset, cumque illi parere nolentes sacrarum sese aedium defensione tuerentur conpertumque id regi foret, edixit: ut ni intra praescriptum diem Ravenna urbe decederent, notas insigniti frontibus pellerentur. Quid huic severitati posse adstrui videtur? Atqui in eodem die deferentibus eisdem nominis nostri delatio suscepta est. Quid igitur? nostraene artes ita meruerunt? an illos accusatores iustos fecit praemissa dampnatio? Itane nihil fortunam puduit, si minus accusatae innocentiae, at accusantium vilitatis? At, cuius criminis arguimur, summam quaeris? Senatum dicimur salvum esse voluisse. Modum desideras? delatorem, ne documenta deferret, quibus senatum maiestatis reum

2. devici *B* ev. vendere cogerentur *C.* — 2. Paulin.] *Codd. m. omn. Vall.* Paullin. *X.* — 3. palatinae] *A1BCD T1. V11.* palatini *Cet.* — 4. ab *om. Helfr.* [?] detr. *f* retr. *e Glar.* extr. *i.* — 5. vir. *om. A.* — 6. cipr. *AB.* ciprini *D.* — 7. exacerv] *ABCDg Vall. etc.* exacerbasse *ZefimpHKNVα Glar. Cally. X.* exacuisse *Rtth.* — 9. aul. ap. *C* aliquos B. — 10. observ. *LNVα* serv. *X. Vulp. etc.* percussi *1i* propulsi *m.* — 11. Basil. unus ol. *ZLNα Flor.* a reg. *pLNVα.* — 14. innumerosas *i* innumerabilis *e* iniurias atque *coni. Crescius. X. Vulp. etc.* atque mult. *eLNVα.* — 17. ni] *ABCDf Vall.* nisi *Cet. X. Vulp. etc.* intra] *A1BCDmpHKQ Rtth. Vall. etc. om. f.* infra *2BZegiLNVα X.* — 18. a Rav. *efiLNVα* de Rav. *p* (Rab *gl. A:* rabono) disced. *fim Ritth. Glar.* notas] *ABCD fgimZHKQα X. etc.* per not. *epLNV* notis *Ritth. Vulp. etc.* — 20. in eod.] *Aefip* in ead. *g* in eo die *BCDV2.* eo die *V1. HKQα* eodem *X. Vall. etc. (num e codd.?)* n. nom. s. e. delaptio *B.* — 21. ne *om. 1A.* — 23. fort. nih *C.* — 24. et acc. *Graff.* vilitas *ABCDT1. V11. ZgK* vilitas pudori debuisset *Recc. edd. et edd. vtt.* [*mi?*] vilitatis *Glar. X. etc.* utilitatis *Flor.* at ac cui. *A.* ac *Graff.* — 25. crim. caussa *HLNQVα Dess.* ∞ *e.* — 26. salv. e. vol. *A.* — 27. ferret *A.* sen. laesae m. *fimLNVα X. Graff.* —

faceret, inpedisse criminamur. Quid igitur o magistra censes? inficiabimur crimen, ne tibi pudori simus? At volui, nec unquam velle desistam. Fatebimur? sed inpediendi delatoris opera cessabit. An optasse illius ordinis salutem nefas vocabo? ille quidem suis de me decretis, uti hoc nefas esset, effecerat; sed sibi semper mentiens inprudentia, rerum merita non potest inmutare, nec mihi Socratico decreto fas esse arbitror vel occuluisse veritatem vel concessisse mendacium. Verum id quoquo modo sit, tuo sapientiumque iudicio aestimandum relinquo. Cuius rei seriem atque veritatem, ne latere posteros queat, stilo etiam memoriaeque mandavi. Nam de conpositis falso litteris, quibus libertatem arguor sperasse Romanam, quid attinet dicere? Quarum fraus aperta patuisset, si nobis ipsorum confessione delatorum, quod in omnibus negotiis maximas vires habet, uti licuisset. Nam quae sperari reliqua libertas potest? Atque utinam posset ulla! Respondissem Canii verbo, qui cum a C. Caesare Germanici filio conscius contra se factae coniurationis fuisse diceretur: Si ego, inquit, scissem, tu nescisses. Qua in re non ita sensus nostros maeror hebetavit, ut inpios scelerata contra virtutem querar molitos, sed quae speraverint effecisse vehementer admiror. Nam deteriora velle nostri fuerit fortasse defectus, posse contra innocentiam, quae sceleratus quisque conceperit inspectante deo, monstri simile est; unde haud iniuria tuorum quidem familiarium quaesivit: Si quidem deus, inquit, est, unde mala? bona unde, si non est? Sed fas fecrit nefarios homines, qui bonorum omnium totiusque

2. summus *B.* — 3. desist. velle *g* desinam *Vulp. etc.* Set *B (sic saepius).* – 4. op. del. *A.* cessavit *D.* — 5. nef. iudicabo *D.* decr. de me *B.* — 6. sibi *om. B.* inm. n. p. *A.* — 8. esse fas *B.* — 9. vel *om. D.* occultasse *Zip.* consensisse *T1.* mendacio *T1. A c.gl.* l. um. — 10. quoquo] *ABCDZfgErfHKLQ Glar. Vall.* quoque quo *i* est illud quom. *e* quo modo *mpNVα X. Vulp. etc.* tuo *om. C.* — 11. Huius (?) *B.* — 13. commend. *im LNVα.* falsisque *A.* falsis *if Glar.* in quib. *C.* — 16. max. hab. vir. *iLNV.* — 19. verb. can. *Bep.* agaio *ABCD* gaio *HKQα.* fil. Germ. *B.* — 22. heb. m. s. n. *A.* — 23. ea quae *HLNα.* speravert (= unt) *CZe1g.* speraverant *i.* — 25. fuerint *A.* posse c.] *ABC1D* (2 sed p) *efgmp T1. V11.* p. autem c. *ZHKLNQVα* perficere autem p. c. *Glar.* sed posse effecisse c. *i.* posse vero c. *Cet. X. etc.* — 27. monstro *efpHKLNQVα.* — 28. siq. inq. d. *A* d. est inq. *Dg.* — 29. mala proveniunt *p* unde sunt mala *m.* bona unde] *AB.* bona vero u. *Cet. X. etc.* Sed si f. *ZefKN Vα.* —

senatus sanguinem petunt, nos etiam, quos propugnare bonis senatuique viderant, perditum ire voluisse. Sed num idem de patribus quoque merebamur? Meministi, ut opinor, quoniam me dicturum quid facturumve praesens semper ipsa dirigebas. Meministi, inquam, Veronae cum rex avidus exitii communis, maiestatis crimen in Albinum delatum ad cunctum senatus ordinem transferre moliretur, universi innocentiam senatus quanta periculi mei securitate defenderim. Scis me haec et vera proferre et in nulla unquam mei laude iactasse. Minuit enim quodam modo se probantis conscientiae secretum, quotiens ostentando quis factum recipit famae pretium. Sed innocentiam nostram quis exceperit eventus vides; pro verae virtutis praemiis falsi sceleris poenas subimus, et cuius unquam facinoris manifesta confessio ita iudices habuit in severitate concordes, ut non aliquos vel ipse ingenii error humani vel fortunae conditio cunctis mortalibus incerta submitteret? Si inflammare sacras aedes voluisse, si sacerdotes inpio iugulare gladio, si bonis omnibus necem struxisse diceremur, praesentem tamen sententia confessum convictumve punisset. Nunc quingentis fere passuum milibus procul moti atque indefensi ob studium propensius in senatum morti proscriptionique dampnamur: o meritos de simili crimine neminem posse convinci! cuius dignitatem reatus ipsi etiam, qui detulere, viderunt: quam uti alicuius sceleris admixtione fuscarent, ob ambitum dignitatis sacrilegio me conscientiam polluisse mentiti sunt. Atqui et tu insita nobis, omnem rerum mortalium cupidinem de nostri animi sede pellebas, et sub tuis oculis sacrilegio locum esse fas non erat. Instillabas enim auribus cogitationibusque meis cottidie

1. et nos *B.* — propugnatore *D.* — 4. facturum vere *i.* — 5. ipsa semp. *gimLNV X. Vulp. etc.* — 6. exit. com.] *ABCDZegp HKQ Glar.* comm. ex. *fimLNVα X. etc.* — 7. Alb. consularem *B.* del. *om. 1B.* totum sen. *B.* — 9. per. m.] *AB* mei per. *Cet. X. Vulp. etc.* mei secur. p. *Vall.* et haec *ef* et *om. L.* nullam — laudem *fErf. Flor.* — 12. ostendendo *ZfL.* recep. *egErf.* — 13. excepit vides *B.* — 17. ing. err. h.] *ABDefgipLNQVα Glar.* h. err. ing. *CZmHKX. etc.* — 18. inc. mort. *D.* — 19. voluissem *fLNVα.* — 20. glad. iug. *A.* iugulasse *mi.* — 21. conf. me conv. *Bg.* convictumque *B.* convictum me *fiLNVα.* Nunc vero q. *LNVα.* — 22. mil. pass. *Aef.* remoti *m.* — 23. defessi *C.* — 25. merito *ABCDZ* meritos *Cet. X. etc.* — 28. consc. meam *Lα* meam consc. *im.* — 29. et *om. ACQ.* tu et *Z.* — 30. depell. *e.* cupitidatem *L.* — 31. fas loc. esse *LNVα.* — 32. meis cott.] *ABD* quot. meis *Cet. X. etc.* —

Pythagoricum illud ἕπου θεῷ. Nec conveniebat vilissimorum me spirituum praesidia captare, quem tu in hanc excellentiam conponebas, ut consimilem deo faceres. Praeterea penetral innocens domus, honestissimorum coetus amicorum, socer etiam sanctus et aeque actu ipso reverendus ab omni nos huius criminis suspicione defendunt. Sed o nefas! illi vero de te tanti criminis fidem capiunt, atque hoc ipso videbimur adfines fuisse maleficio, quod tuis inbuti disciplinis, tuis instituti moribus sumus. Ita non est satis nihil mihi tuam profuisse reverentiam, nisi ultro tu mea potius offensione lacereris. At vero hic etiam nostris malis cumulus accedit, quod existimatio plurimorum non rerum merita, sed fortunae spectat eventum, eaque tantum iudicat esse provisa, quae felicitas conmendaverit. Quo fit, ut existimatio bona prima omnium deserat infelices. Qui nunc populi rumores, quam dissonae multiplicesque sententiae, piget reminisci. Hoc tantum dixerim: ultimam esse adversae fortunae sarcinam, quod dum miseris aliquod crimen affigitur, quae perferunt, meruisse creduntur; et ego quidem bonis omnibus pulsus, dignitatibus exutus, existimatione foedatus, ob beneficium supplicium tuli. Videre autem videor nefarias sceleratorum officinas gaudio laetitiaque fluitantes, perditissimum quemque novis delationum fraudibus imminentem, iacere bonos nostri discriminis terrore prostratos, flagitiosum quemque ad audendum quidem facinus

1. ἐπ. θεων *A. c. gl.* deo non diis. ἕπου θεὸν *D.* ἐπω θυθηων *C.* Enoyhenon. i. deo non diis serviendum *sive* ∞ *recc. cdd. et edd. vett.* servi deo *Graff.* — 4. penetrale *Vulp. etc.* — 5. socer et. sanct.] *ABDZgHKQ Glar.* soc. et s. Simachus *Cp* ∞ *e.* soc. Sim. et. s. *LNVα* soc. et. Sym. sanct. *fVall.* soc. Sym. sanct. *im X. Vulp.etc.* — 6. actu ipso] *ABCDZefgimHKLNQVα X. Vulp. etc.* ipse *p. om. V1.* ac tu ipsa *Sitzm. coni., Vall.* crim. hui. *LNα.* — 8. vid. adf. fuisse] *CDZefgpHQKV Vall.* videb. adf. esse *A* videb. aff. m. fuisse *B* videmur aff. f. *Glar.* videmur aff. m. *LNα Helfr.* (num *im?*) aff. fuisse videm. *X. Vulp.* — 9. mor. inst. tuisque inb. sumus disc. *A.* mor. inst. tuisimb. disc. *LVGlar.* t. inst. mor. inb. disc. *Nα.* — 10. itaque *Glar.* prof. rev.] *ACD(?)Zefp.* t. rev. prof. *B.* prof. t. rev. *Cet. X. etc.* — 12. et. hic *B.* tumultus *g* tumulus *e.* — 14. mer. rer. *E.* expect. *ef.* — 16. estim. *BpL.* — 17 rum. pop. *Def.* — 18. me pig. *p* ∞ *i* quod pig. *m.* dix. ego *eiLNVα.* dix. bonis aliquod u. *C.* — 20. crim. al. *Af.* affigitur *ABCZefgimpHKLNQVα X. Vulp. etc.* afffigitur *Rtth.* affingitur *coni. Sitzm. D Vall.* — 21. quidem] *ABCDetc.* siquid. *LNVα Vall.* — 23. pertuli *V1. imLN.* tuli sup. *α.* — 24. fluentes *A*(*et gl. C.*) — 25. delaption. *B.* —

inpunitate, ad efficiendum vero praemiis incitari: insontes autem non modo securitate, verum ipsa etiam defensione privatos. Itaque libet exclamare:

V. O stelliferi conditor orbis,
Qui perpetuo nixus solio
Rapido caelum turbine versas
Legemque pati sidera cogis,
Ut nunc pleno lucida cornu
Totis fratris obvia flammis
Condat stellas luna minores,
Nunc obscuro pallida cornu,
Phoebo propior lumina perdat.
Et qui primae tempore noctis
Agit algentes Hesperus ortus,
Solitas iterum mutet habenas
Phoebi pallens Lucifer ortu.
Tu frondifluae frigore brumae
Stringis lucem breviore mora:
Tu, cum fervida venerit aestas,
Agiles noctis dividis horas.
Tua vis varium temperat annum,
Ut quas Boreae spiritus aufert,
Revehat mitis Zephyrus frondes:
Quaeque Arcturus semina vidit,
Sirius altas urat segetes.
Nihil antiqua lege solutum
Linquit propriae stationis opus,
Omnia certo fine gubernans
Hominum solos respuis actus
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tantas lubrica versat
Fortuna vices? premit insontes
Debita sceleri noxia poena,
At perversi resident celso
Mores solio sanctaque calcant
Iniusta vice colla nocentes.

1. faciend. *Ap.* — 3. exclamare ad deum caeli *efLNVα.* —

V. 2. nexus *efNVα.* — 4. legesque *A.* — 6. fratris obv.] *Omn. m. Vulp. etc.* et obv. *coni. Murmellius. Glar. X. Vall.* — 12. mutet] *ABCDZegimHK etc. Glar. Vall.* mutat *fpNα X. Vulp. etc.* — 16. fervescens *Helfr.* fervidens *Amstelod.* 1632. fecunda *i.* — 17. nocti *CDZHKQ.* noctis *Cet.* — 24. linquit et p. *f.* — 31. rescid. *B.* alto *A.* ac *Vinc. B. h.* XXII, 16. —

Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris iustusque tulit
Crimen iniqui.
Nil periuria, nil nocet ipsis
Fraus mendaci compta colore.
Sed cum libuit viribus uti,
Quos innumeri metuunt populi,
Summos gaudent subdere reges.
O jam miseras respice terras,
Quisquis rerum foedera nectis.
Operis tanti pars non vilis
Homines quatimur fortunae salo.
Rapidos rector conprime fluctus,
Et quo caelum regis inmensum
Firma stabiles foedere terras.

V. Haec ubi continuato dolore delatravi, illa vultu placido nihilque meis questibus mota: cum te, inquit, maestum lacrimantemque vidissem, illico miserum exulemque cognovi. Sed quam id longinquum esset exilium, nisi tua prodidisset oratio, nesciebam. Sed tu quam procul a patria non quidem pulsus es, sed aberrasti, ac si te pulsum existimari mavis, te potius ipse pepulisti; nam id quidem de te numquam cuiquam fas fuisset. Si enim cuius oriundus sis patriae reminiscaris, non, uti Atheniensium quondam, multitudinis inperio regitur, sed *εἷς κοίρανός ἐστίν, εἷς βασιλεύς*, qui frequentia civium non depulsione laetatur: cuius agi frenis atque obtemperare iustitiae summa libertas est. An ignoras illam tuae civitatis antiquissimam legem,

34. *om. B. et vv. 35. 36. in un. contrah.* — 36. in. hominis *Bosii fragm.* in. hom. heu deus alme *f.* — 38. mendaci] *coni. Dilthey. 2ACZ Helmst. 1. Magunt. 1 2. Vall.* mendacii *Cet.* — 40. *om. B.* — 45. rabidos *D, cf. Not. ad II, carm.* 2, 1. — 48. stabili *coni. Wakefield. ad Lucr.* V, 1001. —

V. 1. deblateravi *Cally.* declaravi *Helfr.* plac. vultu *A.* — 2. questionibus *ABD.* — 3. o alumne maest. *V1.* lacrimantem te *L.* lacrimabilemque *A.* — 4. te cogn. *e.* — 5. longum *B.* — tu quam pr.] *ABCD etc.* (*gl. A:* valde). tu pr. *Ritth. Vall. etc.* 'quam] *Sitzm.* — 7. ac si] ABp [D ?]. at si *Cet., X. etc.* ober. *fgi.* existimare *A1B.* me potius *D* ipse te p. repul. *C.* — 9. sis or. *C.* reminiscare *AB.* — 11. *κοιρανως εσθιν και εις D. εςρῖνος νετιν ηις βασîλημ c. gl.* unus deus unus eis rex *C.* unus enim deus est et un. rex *e∞f etc.* [*In B verba graeca legi non possunt*]. *ἀλλὰ εἷς βασ. ἐστιν, εἷς κοίρ. Glar. Vulp. etc.* Cf. *Hom. Il.* β, 204. — 12. laetetur *A.* — 13. est *om. L.* — 14. antiquiss. t. civit. leg. *A.* —

qua sancitum est, ei ius exulare non esse, quisquis in ea sedem fundare maluerit? Nam qui vallo eius ac munimine continetur, nullus metus est, ne exul esse mereatur. At quisquis inhabitare eam velle desierit, pariter desinit etiam mereri. Itaque non tam me loci huius quam tua facies movet, nec bibliothecae potius comptos ebore ac vitro parietes quam tuae mentis sedem requiro; in qua non libros, sed id quod libris pretium facit, librorum quondam meorum sententias conlocavi. Et tu quidem de tuis in conmune bonum meritis vera quidem, sed pro multiudine gestorum tibi pauca dixisti; de obiectorem tibi vel honestate vel falsitate cunctis nota memorasti; de sceleribus fraudibusque delatorum recte tu quidem strictim attingendum putasti, quod ea melius uberiusque recognoscentis omnia vulgi ore celebrentur. Increpuisti etiam vehementer iniusti factum senatus: de nostra etiam criminatione doluisti, laesae quoque opinionis dampna flevisti: postremus adversus fortunam dolor incanduit, conquestusque non aequa meritis praemia pensari. In extremo Musae saevientis, uti quae caelum, terras quoque pax regeret, vota posuisti. Sed quoniam plurimus tibi adfectuum tumultus incubuit, diversumque te dolor, ira, maeror distrahunt, uti nunc mentis es, nondum te validiora remedia contingunt. Itaque lenioribus paullisper utemur, ut quae in tumorem perturbationibus influentibus induruerunt, ad acrioris vim medicaminis recipiendam tactu blandiore mollescant.

VI. Cum Phoebi radiis grave
Cancri sidus inaestuat,
Tum qui larga negantibus
Sulcis semina credidit,

1. eius ex. *Bim* eius ex. ius non *p* eius ex.: si esse *L.* — 2. maluerint *B.* — 3. munitione *Rtth.* met. nullus est *A.* ei ut ex. *C.* — 4. destiterit *Rtth.* — 6. huius *om. C.* — 8. req. sedem *B.* in qua mente *g.* libror — colloc. *om. B.* — 10. communione *D.* quidem *om. 1 A.* — 12. tibi *om. B.* obiect. quidem tibi *NVαGlar.* 14. tu *om. B.* — 15. ea quod *C.* — 16. increpasti *A.* — 18. laesae quoque] *ABCDZgHKLNVα Vall. Cally.* laesaeque *Cet. X. Vulp. etc.* postremo *HK* postremo vero adv. *LNVα* postremum *m.* — 19. conquestusque non] *1ABCDegHKLNVα Glar.* conquestusque es non *Cet. X. Vall. etc.* — 20. compensari *LNVα.* extremo margine M. s. *m∞ iK* saev. Mus. *A.* — 21. cael. ut quae *A* ut utique *HLQVα* utique *K.* — 24. nund. *B.* — 25. levior. *T1. BCZegHKQ.* — 27. ad maioris vim *D.* —

VI. 3. tunc *Helmst. 1.* — 4. tradidit *1i* (2. contulit) *p.* —

Elusus Cereris fide
Quernas pergat ad arbores.
Numquam purpureum nemus
Lecturus violas petas,
Cum saevis Aquilonibus
Stridens campus inhorruit:
Nec quaeras avida manu
Vernos stringere palmites.
Uvis si libeat frui,
Auctumno potius sua
Bacchus munera contulit.
Signat tempora propriis
Aptans officiis deus,
Nec, quas ipse coercuit,
Misceri patitur vices.
Sic quod praecipiti via
Certum deserit ordinem,
Laetos non habet exitus.

VI. Primum igitur paterisne me pauculis rogationibus statum tuae mentis attingere atque temptare, ut qui modus sit tuae curationis intellegam? Tu vero arbitratu, inquam, tuo quae voles, ut responsurum rogato. Tum illa: Hunccine, inquit, mundum temerariis agi fortuitisque casibus putas, an ullum credis ei regimen inesse rationis? Atqui, inquam, nullo existimaverim modo, ut fortuita temeritate tam certa moveantur: verum operi suo conditorem praesidere deum scio, nec unquam fuerit dies, qui me ab hac sententiae veritate depellat. Ita est, inquit. Nam id etiam paullo ante cecinisti, hominesque tantum divinae exsortes curae esse deplorasti. Nam de caeteris, quin ratione regerentur, nihil movebare. Papae autem vehementer admiror, cur in tam salubri sententia locatus aegrotes. Verum altius perscrutemur: nescio, quid abesse coniecto. Sed dic mihi, quoniam deo mundum regi non

5. illus. *V1. fi Helmst. 1. H.* — 6. pergit *e Vulp. etc.* — 12. vernas *ei.* — 14. sua pot. *B.* — 18. coherc. *AC.* — 20. *praeced. V.* 21. *in B.* —

VI. 1. me *om. C.* — 3. quis *efp.* Tum *BDg1e.* — 4. tuo inq. *C.* me ut *g.* — 6. an null. *egL.* reg. in.] *ACDZfgiHLQ. Vall.* ei cred. reg. in. *B.* in. reg. *Cet. Vulp. etc.* — 8. moverentur *N Glar.* — 9. conditorem pr. *V1.* — 10. me *om. 1B.* — 11. ita quidem inq. *m.* illud et *eip.* — 13. esse *om. Erf.* — 14. movebaris *Af.* — 16. esse *1B.* — 17. quon. deo] *A1BCDg V11.* quon. a deo *2B Cet. X. etc.* —

ambigis, quibus etiam gubernaculis regatur advertis? Vix, inquam, rogationis tuae sententiam nosco, nedum ad inquisita respondere queam. Num me, inquit, fefellit abesse aliquid, per quod, velut hiante valli robore, in animum tuum perturbationum morbus inrepserit? Sed dic mihi, meministine, quis sit rerum finis, quove totius naturae tendat intentio? Audiveram, inquam, sed memoriam maeror hebetavit. At qui scis, unde cuncta processerint? Novi, inquam, deumque esse respondi. *P.* Et qui fieri potest, ut principio cognito, quis sit rerum finis, ignores? Verum hi perturbationum mores, ea valentia est, ut movere quidem loco hominem possint, convellere autem sibique totum extirpare non possint. Sed hoc quoque respondeas velim, hominemne te esse meministi? Quidni, inquam, meminerim? *P.* Quid igitur homo sit, poterisne proferre? *B.* Hoccine interrogas, an esse me sciam rotionale animal atque mortale? Scio et id me esse confiteor. Et illa: Nihilne te aliud esse novisti? *B.* Nihil. *P.* Jam scio, inquit, morbi tui, aliam vel maximam caussam, quid ipse sis, nosse desisti; quare plenissime vel aegritudinis tuae rationem vel aditum reconciliandae sospitatis inveni. Nam quoniam tui oblivione confunderis, et exulem te et expoliatum propriis bonis esse doluisti. Quoniam vero, quis sit rerum finis, ignoras, nequam homines atque nefarios potentes felicesque arbitraris; quoniam vero, quibus gubernaculis mundus regatur, oblitus es, has fortunarum vices existimas sine rectore fluitare. Magnae non ad morbum modo, verum ad interitum quoque caussae; sed sospitatis auctori grates, quod te nondum totum natura destituit. Habemus maximum tuae fomitem salutis, veram

2. tuae *om. A.* — 3. fef. inq. *A sed verus ordo indicat.* — 4. abesse tibi al. *efi.* ab h. *C* ihante *B.* — 7. conditio *i.* — 8. Atque *ACi.* — 9. esse *om. D.* — 10. quid *NV* quo modo *i* quo *e.* — 11. hi sunt pert. *ip* perturbationibus *AV2.* moribus *V2.* mores ea] *1ABCDefgK* mor. et ea *HLNQVα Graff.* mores sunt ea *2A Cet. X. etc.* eaque *1mp Glar.* — 13. conv.... poss. *om1B* depellere *c. gl.* conv. *A* evellere *ZfiLNVαGlar. Wolf. Dessav.* autem omnino n. p. sibique t. extirp. *A.* — 14. homin. *om1C.* — 17. me sciam] *ABCDZgimpHK LNQVα X. Vall.* an si me esse nesciam *e* me esse nesc. *f* an esse nesc. *Vulp. etc.* — 18. illa inquit *Bfg* illa ait *ep.* aliud te *D* al.... nov. om. *HQ.* — 19. scio inq.] *ABCDZefgpHKLNQVα Glar. Vall.* morbi t. inquit *im X. Vulp. etc.* — 22. conciliandae *D.* — 23. exulem te et] *ABCDZfgimpHKLNQVα Rtth. Glar. Vall.* te *om. e X. Vulp. etc.* — 24. sit praecipuus et verus rer. f. *Glar.* — 25. atque felices *B.* — 27. gubernatur *A.* h. fort. has vic. *B.* estimas *ABCDpHKL QNVα* exist. *Cet.* — 29. caussae sunt *Cegim∞fp.* — 30. grates age *mp* ago gr. *gi* gratias refer *f.* — 31. veram sal. *B.* —

de mundi gubernatione sententiam, quod eam non casuum temeritati, sed divinae rationi subditam credis. Nihil igitur pertimescas. Iam tibi ex hac minima scintillula vitalis calor inluxerit. Sed quoniam firmioribus remediis nondum tempus est, et eam mentium constat esse naturam, ut quotiens abiecerint veras, falsis opinionibus induantur, ex quibus orta perturbationum caligo verum illum confundit intuitum, hanc paullisper lenibus mediocribusque fomentis attenuare temptabo, ut dimotis fallacium adfectionum tenebris splendorem verae lucis possis agnoscere.

IV. Nubibus atris
Condita nullum
Fundere possunt
Sidera lumen.
Si mare volvens
Turbidus Auster
Misceat aestum,
Vitrea dudum
Parque serenis
Unda diebus
Mox resoluto
Sordida caeno
Visibus obstat.
Quique vagatur
Montibus altis
Defluus amnis,
Saepe resistit
Rupe soluti
Obice saxi.
Tu quoque si vis
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem:
Gaudia pelle,

1. gub. mundi *AC.* — 3. minima certe scint. *L.* scintilla *DeL.* — 5. est et] *ABC(D)ZefgpHKQ. Vall.* est uti et *in Dess. LNVa X. Vulp. etc.* — 5. vera *V1.* mentes veras *LNVa Dess.* opinationibus *Codd. ap. Bernart.* inbuantur *coni. Sitzm.* — 8. levibus *e.* — 10. adfectuum *A1B.* —

VII. 19. obice] *ABCDZefgipHKLNQVa Leyser.* obiice *Helmst. omn. X. etc.* obside *m.* — 20. *om.* 1A. — 25 et 26. *transpon. Vinc. Bell. sp. d.* V, 108. —

Pelle timorem;
Spemque fugato
Nec dolor adsit.
Nubila mens est
Vinctaque frenis,
Haec ubi regnant.

LIBER II.

I. Post haec paullisper obticuit atque ubi attentionem meam modesta taciturnitate conlegit, sic orsa est: Si penitus aegritudinis tuae caussas habitumque cognovi, fortunae prioris adfectu desiderioque tabescis, ea tantum animi tui statum, sicuti tu tibi fingis, mutata pervertit. Intellego multiformes illius prodigii fucos, et eo usque cum his, quos eludere nititur, blandissimam familiaritatem, dum intolerabili dolore confundat, quos insperata reliquerit. Cuius si naturam, mores ac meritum reminiscare, nec habuisse te in ea pulcrum aliquid nec amisisse cognosces, sed, ut arbitror, haud multum tibi haec in memoriam revocare laboraverim. Solebas enim praesentem quoque blandientemque virilibus incessere verbis, eamque de nostro adyto prolatis insectabare sententiis; verum omnis subita mutatio rerum non sine quodam quasi fluctu contingit animorum. Sic factum est, ut tu quoque paullisper a tua tranquillitate discederes; sed tempus est, haurire te aliquid ac degustare molle atque iocundum, quod ad interiora transmissum validioribus haustibus viam fecerit. Adsit igitur rhetoricae suadela dulcedinis, quae tum tantum recto calle procedit, cum nostra instituta non deserit, cumque hac Musica laris nostri vernula nunc leviores,

28. Ne *Glar.* — 29. est *om. Idem d.* VI, 62. h. XXII, 16. *Dess.* — 30. iuncta *Idem ib.*

Lib. II, cap. I. 2. orsa] *A.* exorsa *Cet. omn. Vd. Not. ad I. cap. I.* — 5. st. an. tui *B.* adfectum *c. gl.* stat. *A.* tu tibi *om. Glar.* tu *om. fpLNVα.* — 6. fuc. ill. prod. *B.* — 7. his] *ABCDZefgp.* iis *im et edd. vett. X. etc.* et bl. *X.* [*unde?*]. — 8. fam. d.] *ABCD Vall.* fam. exercet *RZefimpHLKNQVα Glar. X.* fam. habet *g* exercere *Vulp. etc.* — 13. Enim sol. *B.* — 14. adyto] *X. etc.* aditu *A1BDefgip HLKNQVα* auditu *ZmC* (*gl.* secreto). — 16. quasi quod. *A.* confluctu *fimLNV Glar.* conflictu *α* contigit *BR1gimV.* — 18. discederes] *Ap* decederes *D* discesseris *C* (*c. gl.* recederes) *B. etc. X. etc.* est nunc *L.* iam temp. est *i.* — 20. hastibus *B.* remediis viam *m.* — 21. tum] *ABC(D)ZegpKQ Vall.* tunc *fim Dess. HLNVα X. Vulp. etc.* calle recto *LNVα Gl.* — 22. nost. *om. C.* — 23. vernula] *T2.e2fgLN X. etc.* vernacula ABCDRT1. *V11. etc.* —

nunc graviores modos succinat. Quid est igitur o homo, quod te in maestitiam luctumque deiecit? novum credo aliquid inusitatumque vidisti. Tu fortunam putas erga te esse mutatam, erras. Hi semper eius mores sunt, ista natura. Servavit circa te propriam potius in ipsa sui mutabilitate constantiam. Talis erat, cum blandiebatur, cum tibi falsae illecebris felicitatis adluderet. Deprehendisti caeci numinis ambiguos vultus. Quae sese adhuc velat aliis, tota tibi prorsus innotuit. Si probas, utere moribus, ne queraris. Si perfidam perhorrescis, sperne atque abice perniciosa ludentem: nam quae nunc tibi est caussa tanti maeroris, haec eadem tranquillitatis esse debuisset. Reliquit enim te, quam non relicturam nemo umquam poterit esse securus. An vero tu pretiosam aestimas abituram felicitatem? et cara tibi est fortuna praesens, nec manendi fida et cum discesserit adlatura maerorem. Quod si nec ex arbitrio retineri potest et calamitosos fugiens facit, quid est aliud fugax, quam futurae quoddam calamitatis indicium? Neque enim quod ante oculos situm est, suffecerit intueri: rerum exitus prudentia metitur, eademque in alterutro mutabilitas nec formidandas fortunae minas nec exoptandas facit esse blanditias. Postremo aequo animo toleres oportet, quidquid intra fortunae aream geritur, cum semel iugo eius colla submiseris. Quod si manendi abeundique scribere legem velis ei, quam tu tibi dominam sponte elegisti, nonne iniurius fueris, et inpatienta sortem exacerbabis, quam per-

3. Tu fort.] *ABCDZegimp Ritth. HKQ. Vall.* tu si fort. *fLNVα Flor. X. Vulp. etc.* — 4. mor. ei. *B.* sunt, ista n.] *ABCDZef etc. Vall.* sunt *om. Graff.* haec ... est *R X. Vulp. etc.* — 5. Servat *A* (*gl.* avit) *p.* — 6. constant. (*gl.* subst.) *A.* Talis enim er. *Rtth.* tibi bland. *L.* — 8. vult. amb. *A.* — 9. aliis velat *Vall.* — 10. perfidam] *ACDfmi Erf. T2. V1. Vall.* perfidiam *BRT1. V2. etc. X. Vulp. etc.* — 11. perniciosa] *AB(D)ZfgpHLKNQVα Erf. Flor. Vall.* perniciose *Ceim Erf. X. Vulp. etc.* ludent.] *ABCD etc. Erf. Vall.* allud. *X. Vulp. etc.* — 12. t. est caussa t. maer.] *ABD Vall.* tanti c. maer. *gHQ* est t. m. caussa *p* t. est c. maer. *ZeK* est *om. C* maer. t. caussa t. est *Cet. X. Vulp. etc.* — 14. securis *D.* An tu vero *A.* — 15. habituram *H Vinc. Bell. sp. h. XXII. 17.* — 17. illat. *Rtth.* ex arb.] *ABCDZegimpHKQV Erf. Flor. Vall.* ex *om. f Dess. LNα X. Vulp. etc.* — 19. fortuna fug. *iL* fug. ipsa quam *m.* — 21. prud. *om. 1A.* — 22. altero *C.* — 24. tolerare *i Rtth.* — 27. tu tibi dom.] *Omn. m. Erf. Flor.* tu si *cod. Bernart.* tu tamen *Rtth.* tibi om. *X etc.* iniuriosus *NVα* tu iniurios. *L.* — 28. inpat. sort.] *ABCDZegimHLKNQV Ritth. Flor. Vall.* imp. tua *fpα X. Vulp. etc.* exacerbabis] *ABefgimpZHKLNQVα T1. X. Vulp. etc.* exacerbes *DC Vall.* —

mutare non possis? Si ventis vela committeres, non quo voluntas peteret, sed quo flatus inpellerent, promoveres: si arvis semina crederes, feraces inter se annos sterilesque pensares. Fortunae te regendum dedisti, dominae moribus oportet obtemperes. Tu vero volventis rotae inpetum retinere conaris? At omnium mortalium stolidissime, si manere incipit, fors esse desistit.

I. Haec cum superba verterit vices dextra,
Exaestuantis more fertur Euripi,
Dudum tremendos saeva proterit reges,
Humilemque victi sublevat fallax vultum:
Non illa miseros audit, aut curat fletus,
Ultroque gemitus, dura quos fecit, ridet.
Sic illa ludit, sic suas probat vires,
Suisque magnum monstrat ostentum, si quis
Visatur una stratus ac felix hora.

II. Vellem autem pauca tecum fortunae ipsius verbis agitare. Tu igitur an ius postulet, animadverte. Quid tu homo ream me cottidianis agis querelis: quam tibi fecimus iniuriam? quae tibi tua detraximus bona? quovis iudice de opum dignitatumque mecum possessione contende. Et si cuiusquam mortalium proprium quid horum esse monstraveris, ego iam tua fuisse quae repetis, sponte concedam. Cum te matris utero natura produxit, nudum rebus omnibus inopemque suscepi, meis opibus fovi, et quod te nunc inpatientem nostri facit,

2. inpellerent] *ABCDZgmHKLQ Vall.* impelleret *efipNVα Vulp. etc.* promoveres] *A1BC(D?) ZeHKQ Rth.* promovereris *fgimpLNVα X. etc.* — 3. traderes fertiles *ei N Dess.* cred. sem. *C.* — 7. mort. omn. *C.* fors] *ABCDepX.etc.* sors *ZfgimHLKNQVα.* — 8. desinit *Glar.*

I. 1. deterit *HQ.* — 2. Exaest.] *BCDZegK Erf. TII. Helmst. omn. Glar. Vall. Leys* .et aest. *AfimpHQVα R VII. Flor. X. Vulp. etc.* aest. *LN (om.* et) — 4. vult. fal. *B.* — 5. aut] *ABCDRT1.V1.K Glar. Leys.* haud *ZefgimpHLNQVα X. etc.* — 8. Suisque magnum] *Vd. Not.* magnumque suis *codd. omn. HKQVα X. Helfr.* sicque magn. *LN* suique m. *coni. Vall., Vulp.* — si quis *vers.9.add. ABCZfgH.* —

II. 1. tec. pauca *A.* — 2. an *om 1 C.* animadvertere *X.* [*unde?*] — 3. tu homo] *1ABCDZgimHKQ* tu o h. *efpLNVα X. etc.* quid igitur o *i.* cott.] *Vett. cdd. semper.* quot. *X. etc.* — 4. tibi tua] *ABCDfgHKLNQα* tua tibi *Cet. X. etc. Vd. Not. ad.* II. *cap.* 1. — 7. ego ea t. *Lipsii cd. NVα.* — 8. matr. ut.] *ABD VII. ZefgmHK LNQVα Flor.* ex ut. *ip X. etc.* de ut. *C.* — 9. te meis *LNVα.* —

favore prona indulgentius educavi, et omnium, quae mei sunt iuris, adfluentia et splendore circumdedi. Nunc mihi retrahere manum libet: habes gratiam, velut usus alienis, non habes ius querelae, tamquam prorsus tua perdideris. Quid igitur ingemiscis? nulla tibi a nobis est adlata violentia. Opes, honores ceteraque talium mei sunt iuris. Dominam famulae cognoscunt, mecum veniunt, me abeunte discedunt. Audacter affirmarem, si tua forent, quae amissa conquereris, nullo modo perdidisses. An ego sola meum ius exercere prohibebor? Licet caelo proferre lucidos dies eosdemque tenebrosis noctibus condere, licet anno terrae vultum nunc floribus frugibusque redimire, nunc nimbis frigoribusque confundere. Ius est mari, nunc strato aequore blandiri, nunc procellis ac fluctibus inhorrescere. Nos ad constantiam nostris moribus alienam inexpleta hominum cupiditas adligabit? Haec nostra vis est, hunc continuum ludum ludimus: rotam volubili orbe versamus, infima summis, summa infimis mutare gaudemus. Adscende si placet, sed ea lege, ne, cum ludicri mei ratio poscet, descendere iniuriam putes. An tu mores ignorabas meos? Nesciebas Croesum regem Lydorum Cyro paullo ante formidabilem, mox deinde miserandum rogi flammis traditum, misso caelitus imbre defensum? Num te praeterit Paulum Persi regis a se capti calamitatibus pias inpendisse lacrimas? Quid tragoediarum clamor aliud deflet, nisi indiscreto ictu fortunam felicia regna vertentem? Nonne adolescentulus *δύο τοὺς πίθους τὸν μὲν ἕνα κακῶν τὸν δὲ ἕτερον καλῶν*, in Iovis limine iacere didicisti? Quid si uberius de bonorum parte sumpsisti? quid si a te non tota dis-

1. et omn.] *ADgmLNVα X. etc.* et *om. BCZRT1. fi* omniumque *ep V11. HKQ Glar.* — 2. mei s. iur.] *A X. etc.* mei iur. sunt *Cet. vd. infra v. 7.* — 4. habes] *ABCDRZ etc. T1. V11.* habe *X.* [*unde?*] gratias *Glar. LNα.* prors. tua] ABCD *epHKQNVα Vall.* tua pr. *Zfgim X. Vulp. etc.* perd. pr. *L Glar.* — 5. igitur] *ABCD etc. Vall.* ergo *ZLNVα X. Vulp. etc.* — 6. est ad.] *BDK Vall.* adl. est *Ap* est ill. *CZefHQ* ill. est *im LNVα X. Vulp. etc.* est a nob. ill. *g.* — 7. sunt mei *g* iur. sunt *f.* — 8. affirmarem] *A* affirmam *B* affirmem *C(D) etc. X. etc.* — 10. prohibebor] *ABCDZ gK Vall.* prohibeor *efimpHLNQVα X. Vulp. etc.* — 13. redimere *D* — 17. aligabitur *C* (debet nos adlig. *gl. A*) alligavit *e V2.* est nost. *om.* vis *B.* — 20. ne] *A.* ne uti *Cet. X. Vulp. etc.* uti ne *Vall.* — 21. posset *BHLKQ* poscit *Zi* postulat *D.* — 23. d. (miserandum!) rog. *coni. Burmann. ad Anth. lat.* I. *p.* 196. — 25. Perses *Cally.* — 28. regna fel. *B.* — 29. δυους πίθους . . . καλον *A.* ∞ C [B ?] *cum interpret.*: duo dolia quidem malum alterum bonum ∞ *Codd. et edd. sec. xv. Cf. Hom. Il. ω.* 528. —

cessi? quid si haec ipsa mei mutabilitas iusta tibi caussa est sperandi meliora? Tamen ne animo contabescas et intra commune omnibus regnum locatus proprio iure vivere desideres.

II. Si quantas rapidis flatibus incitus
Pontus versat arenas,
Aut quot stelliferis edita noctibus
Caelo sidera fulgent,
Tantas fundat opes, nec retrahat manum
Pleno copia cornu,
Humanum miseras haud ideo genus
Cesset flere querelas.
Quamvis vota libens excipiat deus
Multi prodigus auri,
Et claris avidos ornet honoribus,
Nil jam parta videntur:
Sed quaesita vorans saeva rapacitas
Alios pandit hiatus.
Quae iam praecipitem frena cupidinem
Certo fine retentent,
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis ardescit habendi?
Numquam dives agit, qui trepidus gemens
Sese credit egentem.

III. His igitur si pro se tecum fortuna loqueretur, quid profecto contra hisceres non haberes, aut si quid est, quo querelam tuam iure tuearis, proferas oportet; dabimus dicendi locum. Tum ego: Speciosa quidem ista sunt, inquam, oblitaque rhetoricae ac musicae melle dulcedinis; tum tantum, cum audiuntur, oblectant; sed miseris malorum altior sensus est. Itaque cum haec auribus insonare desierint, insitus animum maeror prae-

4. prop. viv. iure *BCD*. pr. iure viv. *A. etc. X. etc.* —

II. 1. rabid. *DHQ* (*gl. A.*) — 3. ac *Helmst. 2.* — 5. retrahit *Ze*LN. — 8. cessat *fipLNVα Leyser. Dess.* — 9. accip. *AB*(?) *Helmst. 3.* — 14. alios] *ABCDZefgipHLKNQVα T1. V11.* altos (*m T2?*) *X. etc.* 19. div. erit V2. ait *Helm. 2.* (fit *gl. A*). quin *idem. Leyser.* —

III. 1. Haec si *m.* ig. verbis si *Ze.* — 2. aut] *ABCDZefgip HKLNQVα Vall.* at *m X. Vulp. etc.* — 3. tuam *om. A.* — 4. dab. tibi *mLNVα.* loc. dic. *B.* — 5. ista *om. A.* melle *om. ig.* sint . . . mellis dulcedine *Btth.* mellea dulcedine *coni. Wakef. ad Lucr.* III. 948. — 7. est sens. *HLNVα.* —

gravat. Et illa, ita est, inquit. Haec enim nondum morbi tui remedia, sed adhuc contumacis adversum curationem doloris fomenta quaedam sunt. Nam quae in profundum sese penetrent, cum tempestivum fuerit, admovebo. Verumtamen ne te existimari miserum velis, an numerum modumque tuae felicitatis oblitus es? Taceo quod desolatum parente summorum te virorum cura suscepit delectusque in adfinitatem principum civitatis, quod pretiosissimum propinquitatis genus est, prius carus, quam proximus esse coepisti. Quis non te felicissimum cum tanto splendore socerorum, cum coniugis pudore, tum masculae quoque prolis opportunitate praedicavit? Praetereo (libet enim praeterire communia) sumptas in adolescentia, negatas senibus dignitates: ad singularem felicitatis tuae cumulum venire delectat. Si quis enim rerum mortalium fructus ullum beatitudinis pondus habet, poteritne illius memoria lucis quantalibet ingruentium malorum mole deleri? cum duos pariter consules liberos tuos domo provehi sub frequentia patrum, sub plebis alacritate vidisti, cum eisdem in curia curules insidentibus tu regiae laudis orator, ingenii gloriam facundiaeque meruisti, cum in circo duorum medius consulum circumfusae multitudinis expectationem triumphali largitione satiasti. Dedisti, ut opinor, verba fortunae, dum te illa demulcet, dum te, ut delicias suas fovet. Munus, quod nulli umquam privato commodaverat, abstulisti. Visne igitur cum fortuna calculum ponere? Nunc te primum liventi oculo praestrinxit. Si numerum modumque laetorum tristiumve consideres, adhuc te felicem negare non possis. Quod si idcirco te fortunatum esse non existimas, quoniam quae tunc laeta videbantur, abierunt, non est quod te

1. inq. ita est *B.* — 2. adversum] *ACDZgHKα* adversus *B etc. X. etc.* — 4. penetrant *Dip.* — 5. exist. mis.] *ACDefg Vall.* mis. exist. *ZimpHLKNQVα. X. Vulp. etc.* vel. exist. B existimare *C.* — 7. derelictum *Rtth.* — 8. cura *om. 1B.* — 9. genus *om. 1B.* — 11. te non *Afp.* cum *om. C.* — 12. cum masc. *Ze.* masculinae *iLNVα.* — 13. praedicabit *2BepLNVα.* — 16. quis enim] *ACi* enim *om. BDetc. X. etc.* — 18. quantal. *om. C.* — 19. consul. *om. 1A.* domum *B* a domo *p.* — 23. consularis *X.* med. considens circ. *R.* med. insidens *e.* — 25. verba fort. ut op. *B.* — 26. del. suas] *ABCDZfg Vall.* suas del. *eimpHK etc. X. Vulp. etc.* nunquam ulli *Rtth.* — 27. commendav. *efpL* obtulerat *Rtth.* igitur *om. Rtth.* — 29. praestr.] *ABCDRT1. V11. efg X. Vulp. etc.* perstr. *ZimpHKLNQVα Vall.* — 30. te esse *B.* posses *cgimp.* — 31. esse *om. A.* estim. *CDefHL.* — 32. quo te *eLN.* te *om. C.* —

miserum putes; quoniam quae nunc creduntur maesta praetereunt. An tu in hanc vitae scenam nunc primum subitus hospesque venisti? ullamne humanis rebus inesse constantiam reris, cum ipsum saepe hominem velox hora dissolvat? Nam etsi rara est fortuitis manendi fides, ultimus tamen vitae dies mors quaedam fortunae est etiam manentis. Quid igitur referre putas? Tune illam moriendo deseras, an te illa fugiendo?

III. Cum polo Phoebus roseis quadrigis
 Lucem spargere coeperit,
Pallet albentes hebetata vultus
 Flammis stella prementibus,
Cum nemus flatu Zephyri tepentis
 Vernis inrubuit rosis.
Spiret insanum nebulosus Auster:
 Iam spinis abeat decus.
Saepe tranquillo radiat sereno
 Inmotis mari fluctibus,
Saepe fervente Aquilo procellas
 Verso concitat aequore.
Rara si constat sua forma mundo,
 Si tantas variat vices,
Crede fortunis hominum caducis,
 Bonis crede fugacibus.
Constat aeterna positumque lege est,
 Ut constet genitum nihil.

IV. Tum ego, Vera, inquam, conmemoras o virtutum omnium nutrix, nec inficiari possum prosperitatis meae velocissimum cursum. Sed hoc est, quod recolentem vehementius coquit; nam in omni adversitate fortunae infelicissimum genus est infortunii, fuisse feli-

1. cred. maesta] *ABCDZfpgHKQαVall.* maesta cred. *emLNVX.* videntur maesta *i.* — 2. vit. *om. B* praesentis vitae *ip.* — 4. hom. *om. 1A.* — 5. hora mortalis *p* h. mortis dis. *i.* fortuitis rebus man. *AfgpX. Graff.* — 6. dies vitae *B.* — 7. ergo *LNVGlar.* putes *eHQ.* — 8. an te illa] *ABC* (ante *D*) *ep LNV Vall. Vulp.* te *om. 1B.* an illa te *ZfqimX. Helfr.* an ... fug. *om. HKQα.* fug. deserat *fiLNV* fug. relinquatur *m.* —

III. 1. poli *coni. Wakef. ad Lucr.* II, 148. — 2. lumen *Mogunt. 2.* — 6. irrubuerit *i.* — 7. spirat *LN.* — 8. abiit *i* obiit *e.* — 16. donis *Helmst. 1. Leyser.*

IV. 1. Cum *1D.* o *om. D.* — 3. recol. veh.] *ABCD etc. Vall.* me *add. ip. X. Vulp. etc.* — 5. fort. adv. *A.* est gen. *BDp.* fel. fuisse *AB.* —

cem. Sed quod tu, inquit, falsae opinionis supplicium luis, id rebus iure inputare non possis; nam si te hoc inane nomen fortuitae felicitatis movet, quam plurimis maximisque abundes, mecum reputes licet. Igitur si quod in omni fortunae tuae censu pretiosissimum possidebas, id tibi divinitus inlaesum adhuc inviolatumque servatur, poterisne meliora quaeque retinens de infortunio iure caussari? Atqui viget incolumis illud pretiosissimum generis humani decus, Symmachus socer, et quod vitae pretio non segnis emeres, vir totus e sapientia virtutibusque factus, suarum securus, tuis ingemiscit iniuriis. Vivit uxor ingenio modesta, pudicitiae pudore praecellens, et ut omnes dotes eius breviter includam, patri similis. Vivit, inquam, tibique tantum vitae huius exosa spiritum servat; quoque uno felicitatem minui tuam, vel ipsa concesserim, tui desiderio lacrimis ac dolore tabescit. Quid dicam liberos consulares, quorum iam, ut in id aetatis pueris vel paterni vel aviti specimen elucet ingenii? Cum igitur praecipua sit mortalibus vitae cura retinendae, o te, si tua bona cognoscas, felicem, cui suppetunt etiam nunc, quae vita nemo dubitat esse cariora. Quare sicca iam lacrimas. Nondum est ad unum omnes exosa fortuna, nec tibi nimium valida tempestas incubuit, quando tenaces haerent ancorae, quae nec praesentis solamen nec futuri spem temporis abesse patiantur. Et haereant, inquam, precor: illis namque manentibus, utcumque se res habeant, enatabimus. Sed quantum ornamentis nostris decesserit, vides. Et illa, promovimus, inquit, aliquantulum, si te nondum totius tuae sortis piget. Sed delicias tuas ferre non possum, qui abesse aliquid tuae beatitudini tam luctuosus atque an-

2. luas *Re V11. T1.* luis *Cet. X. etc.* — 4. abundas *Ai* abundas *ef.* — 5. quid *DZ.* fort. tuae] *ABCDetc. Vall.* tuae *om. i. X. Vulp. etc.* — 6. adh. inlaes. *A.* que *om. D.* — 8. vivit *Zi.* — 9. hum. gen. *ZHLNα.* Simmach. *A* Symach. *B.* — 10. quod et *coni. Barth.* Adv XXVII, 12. — 11. suar. iniuriarum *ip.* — 13. dot eius] *ABDZeg Nα.* eius omn. *f* omn. eius *CimpHLKQV X. etc.* — 14. tibi quae *2BHLNα.* — 15. et quo *Af* quoque *2BCZegHKLNQ Vall.* quo in uno *i* quo uno *1B* [*D*?] *mpVα X. Vulp. etc.* — 16. ego ipsa *L.* — 18. id *om. 1B.* id aet. ut *C.* — 19. vel pat. vel] *1BCD sqq. X. etc.* vel av. vel pat. *Vulp. etc.* — 21. cogn. bona *A.* ea etiam *i.* — 22. ea quae *e.* — 23. omnis *B.* exossa *B.* — 24. tibi *om. 1B.* — 25. quando] *ABCD Vall.* quoniam *ZefgimpHKLNQVα Rtth. X. Vulp. etc.* haeserint *Rtth.* — 28. quant. orn.] *ABCDV2. ZHKQ Helfr. Rtth.* quant. decus orn. *V1. T11. efgimpLNVα. X. etc.* — 29. decess. *om. 1B.* prom. al. inq. *D.* — 30. aliquantum *B.* toti *2D.* —

xius conquueraris. Quis est enim tam conpositae felicitatis, ut non aliqua ex parte cum status sui qualitate rixetur? Anxia enim res est humanorum conditio bonorum, et quae vel numquam tota proveniat, vel numquam perpetua subsistat. Huic census exuberat, sed est pudori degener sanguis. Hunc nobilitas notum facit, sed angustia rei familiaris inclusus esse mallet ignotus. Ille utroque circumfluus vitam caelibem deflet. Ille nuptiis felix, orbus liberis, alieno censum nutrit heredi. Alius prole laetatus filii filiaeve delictis maestus inlacrimat. Idcirco nemo facile cum fortunae suae conditione concordat: inest enim singulis, quod inexpertus ignoret, expertus exhorreat. Adde quod felicissimi cujusque delicatissimus sensus est, et, nisi ad nutum cuncta suppetant, omnis adversitatis insolens minimis quibusque prosternitur, adeo perexigua sunt, quae fortunatissimis beatitudinis summam detrahunt. Quam multos esse coniectas, qui sese caelo proximos arbitrentur, si de fortunae tuae reliquiis pars eis minima contingat? Hic ipse locus, quem tu exilium vocas, incolentibus patria est: adeo nihil est miserum, nisi cum putes, contraque beata sors omnis est aequanimitate tolerantis. Quis est ille tam felix, qui cum dederit inpatientiae manus, statum suum mutare non optet? Quam multis amaritudinibus humanae felicitatis dulcedo respersa est! quae si etiam fruenti iocunda esse videatur, tamen, quo minus, cum velit, abeat, retineri non possit. Liquet igitur quam sit mortalium rerum misera beatitudo, quae nec apud aequanimos perpetua perdurat, nec anxios tota delectat. Quid igitur o mortales extra petitis intra vos positam felicitatem? Error vos inscitiaque confundit. Ostendam breviter tibi summae cardinem felicitatis. Estne aliquid tibi te ipso pretiosius? Nihil, inquies. Igitur si tui compos fueris, possidebis quod nec tu amittere umquam velis, nec for-

1. Quis *om. 1B.* copiosae *V2. e.* — 3. res en. *A.* — 4. pr. aut *A.* — 5. perpetuo *X. Vulp.* perpetua *Cet. Helfr.* — 7. mall. esse *AgL.* — 9. orbatus *e* (*gl.* A). — 10. delect. *B.* — 12. felicitate conc. *Vinc. Bell. h.* XXII, 17. aliquid sing. *Idem ib.* — 13. et exp. *AipGlar.* aut exp. *B.* exp. vero *e.* — 15. suppetunt *A.* — 17. summ. beat. *gLN. Vinc. Bell. ib.* — 18. prox. caelo *Af.* — 20. tu *om. Vinc. ib.* — 21. nih. mis. *1B.* — 22. omn. *om. A.* — 23. est *om. A* enim est *gm Vinc. l. l.* — 24. mutari *D.* — 25. am. vitae hum. resp. *Rth.* resp. est dulc. *Vinc. ib.* — 26. esse iuc. *LN.* — 28. potest *N.* — 30. durat *Zm.* — 32. tibi brev. *Aegp.* — 33. carius (*c. gl.* pretios.) *A2B glossa: g.* — 34. comp. fueris tui *A.* — 35. am. unq.] *ABCD efHKLNQVα Vall.* am. vel. unq. *ip* unq. am. *Zgm. X. Vulp. etc.* —

tuna possit auferre; atque ut agnoscas in his fortuitis rebus beatitudinem constare non posse, sic collige. Si beatitudo est summum naturae bonum ratione degentis, nec est summum bonum, quod eripi ullo modo potest: quoniam praecellit id, quod nequeat auferri: manifestum est, quin ad beatitudinem percipiendam fortunae instabilitas aspirare possit. Ad haec, quem caduca ista felicitas vehit, vel scit eam, vel nescit esse mutabilem. Si nescit, quaenam beata sors esse potest ignorantiae caecitate? Si scit, metuat necesse est, ne amittat, quod amitti posse non dubitat; quare continuus timor non sinit esse felicem. An si amiserit, neglegendum putat? Sic quoque perexile bonum est, quod aequo animo feratur amissum; et quoniam tu idem es, cui persuasum atque insitum permultis demonstrationibus scio, mentes hominum nullo modo esse mortales; cumque clarum sit, fortuitam felicitatem corporis morte finiri: dubitari nequit, si haec auferre beatitudinem potest, quin omne mortalium genus in miseriam mortis fine labatur. Quod si multos scimus beatitudinis fructum non morte solum, verum etiam doloribus suppliciisque quaesisse, quonam modo praesens vita facere beatos potest, quae miseros transacta non efficit?

IV. Quisquis volet perennem
    Cautus ponere sedem,
Stabilisque nec sonori
    Sterni flatibus Euri,
Et fluctibus minantem
    Curat spernere pontum,

1. atqui *Ae.* reb. fort. *C.* — 3. sum. bon. nat. *Cef.* — 4. nec est] *ABCDefgpHKQ* nihil est *m* nec illud est *Z* [*i?*] *LNVαX. etc.* nullo *1B.* — 6. quin ... *non* poss.] *ABCDRT1. V11. ZegpHKQ* quod *fiNVαX. etc.* quam *m* q' *L* — non *deleri vd. Not.* — 7. ad huc *ei.* — 8. nescit eam esse *Ap* tam esse *HQ.* — 9. poterit *Rtth.* — 10. caecitate] *A1BCDZfgmpHKQ Glar. X. Vall.* caecitati *V2.2BeiLNVα* in caec. *Rtth. Vulp. etc.* — 12. An si] *ADi Helfr.* an vel si *BZefgpHKLNQVαX. etc.* vel si *Cm.* — 14. tu *om. Erf.* — 15. persuas. atq.] *BCDZefgimHKLQ Vall.* pers. esse atq. *ApX Vulp. etc.* est atq. *NVα.* — 17. clar. sit] *ABC(D?)Zefg HKLNQVα Vall.* sit clar. [*im?*] *p X. Vulp. etc.* — 18. auferre] *BC fimpLNα Rtth. Glar. X. etc.* afferre *ADZegHKQV. V1. Flor.* non pot. *Rtth.* asserere ... non pot. *Helfr.* — 20. delab. A — 21. non sol. morte *C* nec morte *e* non morte sol. ... suppl. beat. fructum quaes. *LN.* cum dol. *C.* — 22. fortuna *A* vita *om. Dg* (*c. gl.* fortuna).

IV. 3. sonoris *L.* —

Montis cacumen alti
    Bibulas vitet arenas.
Illud protervus Auster
    Totis viribus urget,
Hae pendulum solutae
    Pondus ferre recusant.
Fugiens periculosam
    Sortem sedis amoenae,
Humili domum memento
    Certus figere saxo.
Quamvis tonet ruinis
    Miscens aequora ventus,
Tu conditus quieti
    Felix robore valli,
Duces serenus aevum
    Ridens aetheris iras.

V. Sed quoniam rationum iam in te mearum fomenta descendunt, paullo validioribus utendum puto. Age enim, si iam caduca et momentaria fortunae dona non essent, quid in eis est, quod aut vestrum umquam fieri queat, aut non perspectum consideratumque vilescat? Divitiaene vel vestri vel sui natura pretiosae sunt? Quid earum potius, aurumne, an vis congestae pecuniae? Atqui haec effundendo magis, quam coacervando melius nitent: si quidem avaritia semper odiosos, claros largitas facit. Quod si manere apud quemquam non potest, quod transfertur in alterum: tunc est pretiosa pecunia, cum translata in alios largiendi usu desinit possideri. Ad eadem si apud unum, quanta est ubique gentium congeratur, ceteros sui inopes fecerit: et vox quidem tota pariter multorum replet auditum, vestrae vero divitiae nisi comminutae in plures transire non possunt; quod cum factum est, pauperes

8. har. *AC (sic saep.)* — 11. Hic *B.* — 16. Cautus *Helmst. 3.* domo *L.* — 17. tonat *Helm. 3.* — 19. *Ordo vv. in L:* 19. 21. 20. 22. quiete *Helmst. 2. rec. Leyser.* — 20. robora *1D.* —

V. 3. momentar.] *A1BCDRT1. V1. HKQ Vall.* momentanea *ZefgimpLNVα X. Vulp. etc.* — 5. prosp. *T1p.* — 6. vestra *ACD RZT1. V1. giHKQ Rtth.* nostra *p* nostri *B* vestri *Cet. X. etc.* nat. sui B. — 7. pretiosius est *B.* aut *Ap.* congesta *AKLN.* — 8. haec] *BDZepVα Vall. etc.* hae *CfgimHKLNQ X. Helfr.* ha *A.* mag. eff. *Vinc. Bell. d. V, 46.* — 9. semp. *om. A.* — 10. quemque *D.* — 11. tunc non est *Vinc. ib.* tunc est *Idem h.* XXII. 17. nec est *V.* — 12. usu larg. *LN.* — 13. eademque *1D.* — 14. est *om. L.* inop. sui *B.* — 15. facit *i.* ver quid. *C.* — 17. sit *Rtth.* —

necesse est faciant, quos relinquunt. O igitur angustas inopesque divitias, quas nec habere totas pluribus licet, et ad quemlibet sine ceterorum paupertate non veniunt! An gemmarum fulgor oculos trahit? Sed si quid est in hoc splendore praecipui, gemmarum est lux illa, non hominum: quas quidem mirari homines vehementer admiror. Quid est enim carens animae motu atque compage, quod animatae rationabilique naturae pulcrum esse iure videatur? Quae tametsi conditoris opera suique distinctione postremae aliquid pulcritudinis trahunt, infra vestram tamen excellentiam conlocatae admirationem vestram nullo modo merebantur. An vos agrorum pulcritudo delectat? *B.* Quidni? Est enim pulcerrimi operis pulcra portio. Sic quondam sereni maris facie gaudemus: sic caelum, sidera, lunam solemque miramur. *P.* Num te horum aliquid attingit, num audes alicuius talium splendore gloriari? An vernis floribus ipse distingueris, aut tua in aestivos fructus intumescit ubertas? Quid inanibus gaudiis raperis? quid externa bona pro tuis amplexaris? Numquam tua faciet esse fortuna, quae a te natura rerum fecit aliena. Terrarum quidem fructus animantium procul dubio debentur alimentis. Sed si, quod naturae satis est, replere indigentiam velis, nihil est quod fortunae adfluentiam petas. Paucis enim minimisque natura contenta est: cuius satietatem si superfluis urgere velis, aut iniocundum quod infuderis fiet aut noxium. Iam vero pulcrum variis fulgere vestibus putas: quarum si grata intuitu species est, aut materiae naturam aut ingenium mirabor artificis. An vero te longus ordo famulorum facit esse felicem? Qui si vitiosi moribus sint, perniciosa domus sarcina et ipsi domino vehementer inimica: sin vero probi, quonam modo in

1. ut fac. *CeLNα.* — 2. non *Vinc. ib.* — 4. perven. *Vinc.* — 5. si *et* hoc *om. C.* praecipuum *ACZfpKQ.* — 6. lux. est *D.* illa *om. A.* — 7. miror *A.* — 8. atque compage] *ABCDZmHKQ.* membrorum comp. *efgi LNVα X. etc.* memb. comp. *om. p.* — 9. esse pulcr. *C.* — 10. cond. op.] ABCDZ*fgimHK etc.* X. *etc.* op. sunt *ep* sunt op. *Helfr.* — 13. meruere *A.* — 14. pulcerrima port. *C.* — 16. lun. sol.] *ABCDZefgpHKQ* sol. lun. [*im?*] *LNVα X. etc.* — 18. an tua *egimp Rtth.* — 22. terrenarum *1D.* — 23. quod *om. 1A.* quid *H* eo quod *C* quando quod *m.* — 24. quod naturae *B.* — 25. enim *om. Vinc. h. XXII, 17.* — 26. superfl. urg. si vel. *A.* — 27. fiat *fmp* fiet tibi *C.* — 28. pulc. esse *C.* — 30. vero te] ABCDZ *etc. X. etc.* te *om. Rtth. Helfr. Graff.* — 31. sint] ABCD*efgmKLNQ Vα.* sunt *ZipH X. etc.* — 32. est sarc. *ep Erf.* sarc. est *l/i.* sunt dom. *p.* — 33. inim. est *m.* si *i LNVα.* pr. sint *gi LVα.* —

tuis opibus aliena probitas numerabitur? Ex quibus omnibus nihil horum, quae tu in tuis conputas bonis, tuum esse bonum liquido monstratur. Quibus si nihil inest adpetendae pulcritudinis, quid est, quod vel amissis doleas, vel laeteris retentis? quod si natura pulcra sunt, quid id tua refert? Nam haec per se a tuis quoque opibus sequestrata placuissent. Neque enim idcirco sunt pretiosa, quod in tuas venere divitias: sed quoniam pretiosa videbantur, tuis ea divitiis adnumerare maluisti. Quid autem tanto fortunae strepitu desideratis? Fugare, credo, indigentiam copia quaeritis: atqui hoc vobis in contrarium cedit. Pluribus quippe adminiculis opus est ad tuendam pretiosae supellectilis varietatem: verumque illud est, permultis eos indigere, qui permulta possideant: contraque minimum, qui abundantiam suam naturae necessisate, non ambitus superfluitate metiantur. Itane autem nullum est proprium vobis atque insitum bonum, ut in externis ac sepositis rebus bona vestra quaeratis? Sic rerum versa conditio est, ut divinum merito rationis animal, non aliter sibi splendere, nisi inanimatae supellectilis possessione videatur? Et alia quidem suis contenta sunt: vos autem deo mente consimiles a rebus infimis excellentis naturae ornamenta captatis neque intellegitis quantam conditori vestro faciatis iniuriam. Ille genus humanum terrenis omnibus praestare voluit: vos dignitatem vestram infra infima quaeque detruditis. Nam si omne cuiusque bonum, quod eo cuius est constat esse pretiosius, cum vilissima rerum vestra bona esse iudicatis, eisdem vosmet ipsos vestra existimatione submittitis, quod quidem haud inmerito cadit. Humanae quippe naturae ista conditio est, ut tum tantum cete-

1. Ex his *A.* — 2. tu in t.] *A1BCDRZgimpT1. V11 HK LNQVα Flor.* in t. tu *e* tu *om. f X. etc.* bonum *om. C.* — 4. vel *om. 1D.* — 5. si in *em.* — 6. sunt *om. 1B.* tua *1B.* — 9. tuas ea divitias *1CD.* — 11. quaer. cop. *LNVα.* — 13. veritatem *D.* — 14. eos ind.] *ABCDZefgpHKQ Vall.* ind. eos [*im?*] *LNVα X. Vulp. etc.* eos *om. Vinc. l. l.* — 15. possident *LNVα Vinc. ib.* minimum] *ABCDZ T1. V11. 1gp HKQ.* minimo *f2g X. etc.* minimo eget *m* min. indigere *eiLNVα.* minimis *Vinc. ib.* — 18. bon. vob. atque ins. *A.* — 19. lex et cond. *Rtth.* versa *om. C.* — 22. sunt quid. *B.* deo aut. *A.* — 24. neque] *ABC(D?)gp HKLNQVα Vall.* non *Cet. X. Vulp. etc.* — 26. vol. praest. *B.* — 27. infra quaeq. inf. *LNVα.* omne quod (*exp. in A.*) *BCDZe Rtth. HKQ.* id eo *B. Rtth. pZHKQ.* quod eo] *A* omne... b. eo cui *fg(im?)LNVα Vinc. l. l. X. etc.* — 30. existim.] *ABC(D?)ZegmpHKLNQVα Cally.* aest. *fi X. etc.* — 31. inm. cad. haud *B.* — 32. ista] *ABCDZefgimpHKLNQVα Vinc. l. l. Vall.* haec *X. Vulp. etc.* tunc *i Vinc. l. l.* tantum *om. 1B.* —

ris rebus, cum se cognoscit, excellat: eadem tamen infra bestias redigatur, si se nosse desierit. Nam ceteris animantibus sese ignorare natura est, hominibus vitio venit. Quam vero late patet vester hic error, qui ornari posse aliquid ornamentis existimatis alienis? At id fieri nequit: nam si quid ex adpositis luceat ipsa quidem, quae sunt adposita, laudantur; illud vero his tectum atque velatum in sua nihilo minus foeditate perdurat. Ego vero nego ullum esse bonum, quod noceat habenti. Num id mentior? Minime, inquis. Atqui divitiae possidentibus persaepe nocuerunt, cum pessimus quisque, eoque alieni magis avidus, quidquid usquam auri gemmarumque est, se solum, qui habeat, dignissimum putat. Tu igitur, qui nunc contum gladiumque sollicitus pertimescis, si vitae huius callem vacuus viator intrasses, coram latrone cantares. O praeclara opum mortalium beatitudo quam cum adeptus fueris, securus esse desistis!

V. Felix nimium prior aetas
Contenta fidelibus arvis
Nec inerti perdita luxu:
Facili quae sera solebat
Ieiunia solvere glande.
Non Bacchica munera norant
Liquido confundere melle,
Nec lucida vellera serum
Tyrio miscere veneno.
Somnos dabat herba salubres,
Potum quoque lubricus amnis,
Umbras altissima pinus:
Nondum maris alta secabat,
Nec mercibus undique lectis

1. cogn. se *B* agnoscat *e* cognoscat *imp* cognoscet *Glar.* extollit *e.* — 2. in best. *Vinc. l. l.* — 3. hom. vit.] *AB(D?)ZRT1. V11. egiHKQ Vinc. ib.* a vit. *C* ex vit. *m* hom. vero vit. *epLNVα X. etc.* — 6. lucet *Ap.* siquidem *cd. Bern.* — 8. nih. min. in sua *CRtth.* — 9. ullum] *ABC2DZRV1. mHKQ* illum *1D.* id *i* illud *cfgp LNVα X. etc.* — 10. inquis] *T1. V11. RABC(D?)ZefHKQ* inquies *gimp LN Vα X. etc.* — 11. nocuere *A.* quisq. pess. *B.* — 12. atque al. *V2.* quisq. eris al. *LNVα.* eo avid. *L.* — 13. gemmarumque] *ABCD etc. Vall.* que *om. i X. Vulp. etc.* est *om. B.* habet *LNVα.* — 14. putet *Ac.* — 16. lat. securus cant. *eiLNVα* cantasses *i.* — 17. beat. op. mort. *A.* —

V. 6. Non] *ABCDZfKQ Vall. Helm. 3. Vinc. Bell. h. XXII*, 18. Nec *egim etc. X. Vulp. etc.* norant *ABCDT1. Flor.* norat *Cet. X. etc. Vinc. l. l.* — 9. veno *1A.* — 13. secabant *C.* —

Nova littora viderat hospes.
Tunc classica saeva tacebant,
Odiis neque fusus acerbis
Cruor horrida tinxerat arva:
Quid enim furor hosticus ulla
Vellet prior arma movere,
Cum vulnera saeva videret,
Nec praemia sanguinis ulla?
Utinam modo nostra redirent
In mores tempora priscos!
Sed saevior ignibus Aetnae
Fervens amor ardet habendi.
Heu primus quis fuit ille,
Auri qui pondera tecti
Gemmasque latere volentes,
Pretiosa pericula fodit?

VI. Quid autem de dignitatibus potentiaque disseram, quas vos verae dignitatis ac potestatis inscii caelo exaequatis? quae si in inprobissimum quemque ceciderint, quae incendia flammis Aetnae eructantibus, quod diluvium tantas strages dederint? Certe, uti meminisse te arbitror, consulare inperium, quod libertatis principium fuerat, ob superbiam consulum vestri veteres abolere cupiverunt, qui ob eamdem superbiam prius regium de civitate nomen abstulerant. At, si quando, quod perrarum est, probis deferantur, quid in eis aliud, quam probitas utentium, placet? Ita fit, ut non virtutibus ex dignitate, sed ex virtute dignitatibus honor accedat. Quae vero est ista vestra expetibilis ac praeclara potentia? Nonne o terrena animalia consideratis, quibus qui praesidere videamini? Nunc si

18. arva] *ABDZRT1. V11. gimK Helmst. omn.* arma *CefpHL etc. X. etc.* — 19. hosticus] *ABCD etc. Vall.* hostibus *X. Vulp. etc.* — 21. saev. vuln. *B.* viderent *BCZK Mogunt. 1.* — 24. Immores *D.* prigcos *1D.* — 25. Ethne *CD.* — 27. Heu] *ABCD etc. X. Vall.* hei *Vulp. etc.* prim. quis] *1ABCDZefgipHKLQV Helmst. omn. Vinc. l. l. Leyser.* quis prim. *2AmNαFlor. X. Vulp. etc.* —

VI. 1. autem *om. A.* — 2. qua *1A1C.* quae *D c. gl.:* quas. — 3. si *om. D.* — 4. incend. *om. BK Vall.* flam. inc. *D* eruct. inc. *C* eructnant. *AZfHKNQVα.* et eruct. *B.* — 5. dederint] *ABDZefp HKLNQα Vall.* dederit *CgimVX. Vulp. etc.* — 8. cupiverunt] *V2. ZeK* cupivere *RT1.* cupiverant *D* cupierunt *Cet. X. etc.* — 10. est *om. Erf.* prob. def.] *ABCDZefgipKQ* def. dignitates *m* prob. honores def. *HLNVα X. etc.* — 12. dign. *ct* hon. *om. B.* — 15. quib. qui *1ADepHKα Vall.* quib. praes. *2ABCZfgimLNQVX. Vulp.* Nunc] *BCDZRT1. V11 gK* si nunc *Vinc. Bell. sp. h.* XXII, 18. num [*2A* nunc?] *cpHLNQαWolf.* nam *1AfimVX. etc.* —

inter mures videres unum aliquem ius sibi ac potestatem prae ceteris vendicantem, quanto movereris cachinno? Quid vero, si corpus spectes, inbecillius homine reperire queas, quos saepe muscularum quoque vel morsus vel in secreta quaeque reptantium necat introitus? Quo vero quisquam ius aliquod in quempiam, nisi in solum corpus et quod infra corpus est, fortunam loquor, possit exercere? Num quidquam libero inperabis animo? num mentem firma sibi ratione cohaerentem de statu propriae quietis amovebis? Cum liberum quemdam virum suppliciis se tyrannus adacturum putaret, ut adversum se factae coniurationis conscios proderet, linguam ille momordit atque abscidit, et in os tyranni saevientis abiecit: ita cruciatus, quos putabat tyrannus materiam crudelitatis, vir sapiens fecit esse virtutis. Quid autem est, quod in alium quisquam facere possit, quod sustinere ab alio ipse non possit? Busiridem accepimus necare hospites solitum, ab Hercule hospite fuisse mactatum; Regulus plures Poenorum bello captos in vincula coniecerat, sed mox ipse victorum catenis manus praebuit. Ullamne igitur eius hominis potentiam putas, qui, quod ipse in alio potest, ne id in se alter valeat, efficere non possit? Ad haec, si ipsis dignitatibus ac potestatibus inesset aliquid naturalis ac proprii boni, numquam pessimis provenirent. Neque enim sibi solent adversa sociari: natura respuit, ut contraria quaeque iungantur. Ita cum pessimos plerumque dignitatibus fungi dubium non sit, illud etiam liquet, natura sui bona non esse, quae se pessimis haerere patiantur. Quod quidem de cunctis fortunae muneribus dignius existimari potest, quae ad inprobissimum quemquam uberiora proveniunt. De quibus etiam illud considerandum puto, quod nemo dubitat esse for-

2. vend.] *ACDZimLNVα Flor. Vinc. l. l. Vall.* vind. *Cet.* cach. moveris *1B.* — 3. in hom.... quod *Rtth.* — 4. musculorum *Helfr.* [?] — 6. vero modo quisq. *D.* — 8. quidquam lib.] *V11. AC1DZefgmp HKQα* quid unquam *T1. B2DiLNV* quidquam *om. Wolf.* quidquam unquam [*T2?*] *X. etc.* — 9. an. inp. *AB.* sibi firm. *C.* sibi *om. Ae.* 11. se quidam t. *LN.* coact. *Ap.* — 14. eam abi. *N.* itaque *AegVα.* quod *D.* — 15. esse] *ABCD etc. Vall.* etiam *X. Vulp. etc.* — 16. poss. fac. quisq. *AQN* fac. quisq. pos. *ZefgHKVall.* quisque f. p. *D* quisquam fac. pos. *LNα* quisquam *om. L* quisque *HK.* — 17. sust. n. pos. ipse ab al. *A.* accipimus *Vall.* (accep. *et. Cd. Martisburg. ap. Cort. ad Lucan. I, 559.* — 19. Poen. plur. *A.* — 20. victoris *B.* — 22. qui, quod *om. 1B.* in alium *eip.* pot. *om. C.* — 25. perven. *LNVα V2.* — 27. dum *ZK.* — 29. in nat. *C.* habere *C* haberi *i* habitare *m.* — 31. estim. *eL.* — 32. quemque *Ci Vall.* perv. *ZKα.* et. ill.] *ACD etc. X. Vulp. etc.* illud et. *BZHKQ Vall.* —

tem, cui fortitudinem inesse conspexerit: et cuicumque velocitas adest, manifestum est, esse velocem. Sic musica quidem musicos, medicina medicos, rhetorica rhetores facit. Agit enim cuiusque rei natura, quod proprium est, nec contrariarum rerum miscetur effectibus, sed ultro, quae sunt adversa, depellit. Atqui nec opes inexpletam restinguere avaritiam queunt: nec potestas sui conpotem fecerit, quem vitiosae libidines insolubilibus adstrictum retinent catenis: et conlata inprobis dignitas, non modo non efficit dignos, sed prodit potius et ostentat indignos. Cur ita provenit? Gaudetis enim res sese aliter habentes falsis conpellare nominibus, quae facile ipsarum rerum redarguuntur effectu: itaque nec illae divitiae, nec illa potentia, nec haec dignitas iure adpellari potest. Postremo idem de tota concludere fortuna licet, in qua nihil expetendum, nihil nativae bonitatis inesse manifestum est, quae nec se bonis semper adiungit, et bonos, quibus fuerit adiuncta, non efficit.

VI. Novimus quantas dederit ruinas,
Urbe flammata patribusque caesis,
Fratre qui quondam ferus interempto,
Matris effuso maduit cruore.
Corpus et visu gelidum pererrans,
Ora non tinxit lacrimis, sed esse
Censor extincti potuit decoris.
Hic tamen sceptro populos regebat,
Quos videt condens radios sub undas
Phoebus extremo veniens ab ortu:
Quos premunt septem gelidi triones,
Quos Notus sicco violentus aestu
Torret ardentes recoquens arenas.
Celsa num tandem valuit potestas
Vertere pravi rabiem Neronis?
Heu gravem sortem, quotiens iniquus
Additur saevo gladius veneno!

2. inest (*gl.* adest) *A.* Sicque *A* si *Glar.* — 3. rhetoricos *ABC* [*D*]*gp.* — 5. sed *ACefetc. X. Vulp. etc.* et *B*[*D*]*gLNVα Vall.* — 6. restringuere *DIIα* exting. *em.* av. q. rest. *A.* — 8. fecit *g* facit *LNVα.* — 10. ostendit *Cp* ostendat *f.* — 11. res sese] *ABCDefgp HKQ Vall.* sese res *Z*[*im ?*] *etc. X. Vulp. sqq.* — 12. appellare *mp Rtth.* — 13. rer. ips. *LNα.* — 15 concl. fort.] *ACDegpHKQVα Vall.* fort. lic. concl. *B* concl. de t. fort *f* fort. concl. [*im?*] *ZLNX. Vulp. etc.* — 17. naturae bon. *LNα.* —
VI. 9. undis *Helmst. 2.* — 11. gel. sept. *A.* — 14. non *mNa.* — 15. pravi] *Codd.* [*praeter T2.?*] *et edd. vett. omn. Glar. Leyser.* insani *X. etc.* —

VII. Tum ego, Scis, inquam, ipsa minimum nobis ambitionem mortalium rerum fuisse dominatam: sed materiam gerendis rebus optavimus, quo ne virtus tacita consenesceret. *P.* Et illa: Atqui hoc unum est, quod praestantes quidem natura mentes, sed nondum ad extremam manum virtutum perfectione perductas adlicere possit, gloriae scilicet cupido et optimorum in rempublicam fama meritorum: quae quam sit exilis et totius vacua ponderis, sic considera. Omnem terrae ambitum, sicuti astrologicis demonstrationibus accepisti, ad caeli spatium puncti constat obtinere rationem, id est, ut si ad caelestis globi magnitudinem conferatur, nihil spatii prorsus habere iudicetur. Huius igitur tam exiguae in mundo regionis quarta fere portio est, sicut Ptolemaeo probante didicisti, quae a nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quartae, si quantum maria paludesque premunt, quantumque siti vasta regio distenditur, cogitatione subtraxeris, vix angustissima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc igitur minimo puncti quodam puncto circumsepti atque conclusi de pervulganda fama, de proferendo nomine cogitatis? At quid habeat amplum magnificumque gloria, tam angustis exiguisque limitibus artata? Adde quod hoc ipsum brevis habitaculi septum plures incolunt nationes, lingua, moribus, totius vitae ratione distantes, ad quas tum difficultate itinerum, tum loquendi diversitate, tum commercii insolentia, non modo fama hominum singulorum, sed ne urbium quidem pervenire queat. Aetate denique Marci Tullii, sicut ipse quodam loco significat, nondum Caucasum montem Romanae reipublicae fama transcenderat, et erat tunc adulta, Parthis etiam ceterisque id locorum gentibus formidolosa. Videsne igitur quam sit angusta, quam compressa gloria, quam dilatare ac propagare laboratis? an ubi Romani nominis transire fama nequit, Romani

VII. 1. Cum *D.* — 4. At illa *ZiNV* illa inquit *e∞f.* — 5. nat. quid. *A.* — 9. vac. pond.] *ABCDZegpHKQ Vall.* pond. vac. *fim LNVαX.* — 11. accepistis *HQ.* — 12. puncti spat. *B.* — 15. a nob.] *AV1.e2fLNVαX.etc.* a *om. RBCDT11.Zetc.* ab an. *V2.* — 17. quantum siti *B.* sitis *C* sicci *Zi* sui *H.* — 19. hom. inh. *A.* relinquitur *L.* min. ig. *Nα.* — 21. inclusi *D.* pervulgandi *C* promulganda *α.* — 22. aut *D* et *f* sed *i.* habeat] *ABCZeHKQ Wolf.* habet [*D*] *fgimpLNVαX.etc.* artata] *ABCD* arct. *Cet.etc.* — 24. sept. *om. B.* pl. *om. BC.* — 25. mor. quae *B.* distentas *D.* — 27. non tantum modo *C.* — 29. Tullii *om. 1C.* *Cf. de Rep.* VI, 20. — 31. forma desc. *L.* — 32. que *om. B.* id *om. C.* — 33. ne *om. 1A.* — 34. dil. ac prop.] *ABDZT11.V11.etc. Wolf.* prop. ac dil. *CRX.etc.* —

hominis gloria progredietur? Quid, quod diversarum gentium mores inter se atque instituta discordant, ut quod apud alios laude, apud alios supplicio dignum iudicetur. Quo fit, ut si quem famae praedicatio delectat, huic in plurimos populos nomen proferre nullo modo conducat. Erit igitur pervagata inter suos gloria quisque contentus, et intra unius gentis terminos praeclara illa famae inmortalitas coartabitur. Sed quam multos clarissimos suis temporibus viros scriptorum inops delevit oblivio! Quamquam quid ipsa scripta proficiant, quae cum suis auctoribus premit longior atque obscura vetustas? Vos vero inmortalitatem vobis propagare videmini, cum futuri temporis famam cogitatis. Quod si ad aeternitatis infinita spatia pertractes, quid habes, quod de nominis tui diuturnitate laeteris? Unius etenim mora momenti, si decem milibus conferatur annis, quoniam utrumque spatium definitum est, minimam licet, habet tamen aliquam portionem. At hic ipse numerus annorum eiusque quamlibet multiplex, ad interminabilem diuturnitatem ne conparari quidem potest. Etenim finitis ad se invicem fuerit quaedam, infiniti vero atque finiti nulla umquam poterit esse conlatio. Ita fit, ut quamlibet prolixi temporis fama, si cum inexhausta aeternitate cogitetur, non parva, sed plane nulla esse videatur. Vos autem nisi ad populares auras inanesque rumores recte facere nescitis, et relicta conscientiae virtutisque praestantia de alienis praemia sermunculis postulatis. Accipe in huiusmodi adrogantiae levitate quam festive aliquis inluserit. Nam cum quidam adortus esset hominem contumeliis, qui non ad verae virtutis usum, sed ad superbam gloriam falsum

1. progreditur *Aeg.* Quid dicam quod *A2Be2gp.* si div. *V.* — 2. int. se mor. *C.* — 3. laude . . . dign. *om. B.* — 4. delectet *DLN.* — 5. plures *A.* prof. n. m. cond. nom. *B.* — 6. pervulgata *Bef Rtth.* — 7. unius *bis scr. in C.* inter *LN.* praeclare *ZHQ.* illa fam. praecl. *A.* — 9. vir. suis temp. *Ag.* — 10. proficiant] *ABCDZfgp HKQVX. etc.* proficiunt *eimLNα Wolf.* actor. *B.* — 12. Vos vero] *ABCDZefp HKQ Glar.* autem *g*[*im?*] *LNX. etc.* ergo *Vα.* vob. inm. *C.* — 13. temp. fam.] *ABC*[*D*]*p* fam. temp. *Cet. X. etc.* — 15. nom. tui] *ABCDZegLNHKQ* tui nom. *fimpVαX. etc.* — 16. etenim] *A1BC DZegpHKQ Glar. Vall.* enim *fimLNVα X. Vulp. sqq.* — 17. diff. *AB.* — 18. proport. *DiLNα.* — 19. quamlibet] *ABCDRZT11.g* quodl. *f* quantumlib. *eimHKLNQVα X. etc.* quantum *p.* — 20. ne] *H X. etc.* nec *ABCDT11. etc.* — 21 si fin. *V2.* — 23. quaelibet *1ABg* quanticunque *HKLNQVαGlar.* quamlibet *2AC*[*D?*] *etc. X. sqq.* — 25 aures *im.* — 26. certe fac. *L.* — 30. adorsus *AC*[*D*]*ZfepHK LNQVα Glar. Vinc. Bell. h.* XXII, 18. adortus *Bgim X. etc.* esset cont. quemdam *Vinc. l. l.* — 31. visum *HK.* —

sibi philosophi nomen induerat, adiecissetque iam se sciturum, an ille philosophus esset, si quidem inlatas iniurias leniter patienterque tolerasset. Ille patientiam paullisper adsumpsit, acceptaque contumelia velut insultans. Iam tandem, inquit, intellegis me esse philosophum? Tum ille nimium mordaciter, Intellexeram, inquit, si tacuisses. Quid autem est, quod ad praecipuos viros, de his enim sermo est, qui virtute gloriam petunt, quid, inquam, est, quod ad hos de fama post resolutum morte suprema corpus attineat? Nam si, quod nostrae rationes credi vetant, toti moriuntur homines, nulla est omnino gloria: cum is, cuius ea esse dicitur, non extet omnino. Sin vero bene mens sibi conscia, terreno carcere resoluta, caelum libera petit, nonne omne terrenum negotium spernit, quae se caelo fruens terrenis gaudet exemptam?

VII. Quicumque solam mente praecipiti petit
Summumque credit gloriam,
Late patentes aetheris cernat plagas
Artumque terrarum situm:
Brevem replere non valentis ambitum
Pudebit aucti nominis.
Quid o superbi colla mortali iugo
Frustra levare gestiunt?
Licet remotos fama per populos means
Diffusa linguas explicet,
Et magna titulis fulgeat claris domus:
Mors spernit altam gloriam,
Involvit humile pariter et celsum caput,
Aequatque summis infima.
Ubi nunc fidelis ossa Fabricii manent,
Quid Brutus aut rigidus Cato?

1. philosophiae *Ae.* — 2. videlicet si ill. *Vinc. l. l.* — 3. Tunc ille *Idem ib.* paul. pat. ads. *C.* — 4. insaltans *D.* — 5. intellegis me] *1ABCDZefgmHKNQVα Vall. Graff.* intelligisne me *ipL X. Vulp. etc.* phil. me esse intelligis *Vinc. l. l.* — 6. mord. nim. *B.* — 8. glor. virt. *A.* quaerunt *Rtth.* — 9. de *om. D.* — 10. sit *X. Graff.* quid *D.* — 11. prohibent *V2.* hom. mor. *A.* hom. *om. 1B.* — 13. Sin vero b. m. s. consc.] *ABCDZefgpetc. Vall.* bene sibi mens *Wolf.* sibi mens b. consc. [*im?*]*X. Vulp. sqq.* — 14. resoluto *Lipsii cod.* — 15. spernit] *A1BZgiHK* spernat *CRT11.*[*D*]*m* sperneret *V1.* spernet *2BefpLNQVα X. etc.* — 16. terrenis *om. D.* —

VII. 1. solum *Rtth. def. Leyser.* — 2. summam *C.* — 3 patentis *fLeyser.* — 9. per *om. CD.* — 12. spernat *C.* — 14. aequat quae *D.* — 15. manent] *ABCDRZV1. T11. etc. Mogunt 1. 2. Glar. Leys.* iacent [*V2?*] *X. sqq.* — 16. Br. egit *A.* —

Signat superstes fama tenuis pauculis
Inane nomen litteris.
Sed quod decora novimus vocabula,
Num scire consumptos datur?
Iacetis ergo prorsus ignorabiles,
Nec fama notos efficit.
Quod si putatis longius vitam trahi
Mortalis aura nominis,
Cum sera vobis rapiet hoc etiam dies,
Iam vos secunda mors manet.

VIII. Sed ne me inexorabile contra fortunam gerere bellum putes, est aliquando cum de hominibus fallax illa non nihil bene mereatur: tum scilicet, cum se aperit, cum frontem detegit moresque profitetur. Nondum forte quid loquar, intellegis. Mirum est, quod dicere gestio, eoque sententiam verbis explicare vix queo. Etenim plus hominibus reor adversam, quam prosperam prodesse fortunam. Illa enim semper specie felicitatis, cum videtur blanda, mentitur: haec semper vera est, cum se instabilem mutatione demonstrat. Illa fallit, haec instruit, illa mendacium specie bonorum mentes fruentium ligat, haec cognitione fragilis felicitatis absolvit. Itaque illam videas ventosam, fluentem suique semper ignaram: hanc sobriam succinctamque et ipsius adversitatis exercitatione prudentem. Postremo felix a vero bono devios blanditiis trahit: adversa plerumque ad vera bona reduces unco retrahit. An hoc inter minima aestimandum putas, quod amicorum tibi fidelium mentes haec aspera, haec horribilis fortuna detexit: haec tibi certos sodalium vultus ambiguosque secrevit, discedens suos abstulit, tuos reliquit? Quanti hoc integer, et ut videbaris tibi fortunatus emisses? Desine nunc amissas opes quaerere, quod pretiosissimum est divitiarum genus, amicos invenisti.

19. quid *ZefHKQVα*. — 21. iacerent *i*. — 25. *et* 26. *om. p.*
VIII. 1. me iam inex. *A*. — 3. fall. illa] *ABCp Vall.* illa nih. fall. *D* illa fall. *Cet. X. Vulp.etc.* non *om. AD* nihil non *C*. — 6. vix expl. *A*. — 7. reor hom. *CZ*. — 10 est *om. ZVα*. — 11. mendacium] *BCDZetc. X.sqq.* mendaci *A* mendax *Rtth. Helfr.* — 12. haec semper *C*. cogitatione *Z*. — 17. reduces] *A1BC[D]ZfgKQVall.* reducens *eimpetc. X. Vulp.etc.* unica *1D*. trahit *Zgp*. — 19. tibi ... ment. *om 1D*. — 20. sod. cert. vult. *D*. que *om. L*. — 21. illa disc. suos aufert, tuos relinquit *Vinc. Bell. d. VI, 120.* — 22. haec *D*. emeres int. *A*. et *om. C*. emiss. *om. A*. — 23. Nunc des. *D*. nunc am.] *ACDegipHKLNQVαWolf. X Vulp.sq.* nunc et *BRV2.m Vall.* nunc etiam des. *f*. — 24. est div. gen.] *AD* div. gen. est *BCpHKLNQα Vall.* pret. gen. est div. *g* gen. div. est *ZefimVX.etc.* —

VIII. Quod mundus stabili fide
Concordes variat vices,
Quod pugnantia semina
Foedus perpetuum tenent,
Quod Phoebus roseum diem
Curru provehit aureo,
Ut quas duxerit Hesperus
Phoebe noctibus inperet,
Ut fluctus avidum mare
Certo fine coerceat,
Ne terris liceat vagis
Latos tendere terminos.
Hanc rerum seriem ligat,
Terras ac pelagus regens,
Et caelo inperitans amor.
Hic si frena remiserit,
Quidquid nunc amat invicem,
Bellum continuo geret:
Et quam nunc socia fide
Pulcris motibus incitant,
Certent solvere machinam.
Hic sancto populos quoque
Iunctos foedere continet,
Hic et coniugii sacrum
Castis nectit amoribus,
Hic fidis etiam sua
Dictat jura sodalibus.
O felix hominum genus,
Si vestros animos amor,
Quo caelum regitur, regat.

LIBER III.

I. Iam cantum illa finiverat, cum me audiendi avidum stupentemque adrectis adhuc auribus carminis mulcedo defixerat. Itaque paullo post, O, inquam, summum lassorum solamen animorum, quantum me vel sententiarum pondere vel canendi etiam iocunditate refovisti! adeo ut iam me posthac inparem fortunae icti-

VIII. 6. auro *D.* — 7. dux erat *iHelm. 3.* — 12. tundere *empX. Cally. Vulp. sq.* — 18. gerit *DLNVα.* — 21. certant *HKα Helmst. 1. Leyser.* — 22. sanctos *CfLVαHelm. 1.* — 25. castos *C.* —

Lib. III. cap. I. 1. finiverat] *ACDRT11.V2.ZHKQ* finierat *Cet. X. etc.* — 2. ad haec *pZLV.* aur. adh. *C.* — 3. o *om. D.* — 4. quam tu *T1. et cod. Havercamp. ad Sal. indic.* „quantum." — 6. me *om. C.* post haec *2BC.* —

bus esse non arbitrer. Itaque remedia, quae paullo acriora esse dicebas, non modo non perhorresco, sed audiendi avidus vehementer efflagito. *P.* Tum illa, Sensi, inquit, cum verba nostra tacitus attentusque rapiebas, eumque tuae mentis habitum vel expectavi, vel, quod est verius, ipsa perfeci: talia sunt quippe quae restant, ut degustata quidem mordeant, interius autem recepta dulcescant. Sed quod tu te audiendi cupidum dicis, quanto ardore flagrares, si, quonam te ducere adgredimur, agnosceres? *B.* Quonam, inquam? *P.* Ad veram, inquit, felicitatem, quam tuus quoque sompniat animus, sed occupato ad imagines visu ipsam illam non potes intueri. *B.* Tum ego: Fac obsecro, et, quae illa vera sit, sine cunctatione demonstra. *P.* Faciam, inquit illa, tui caussa libenter: sed quae tibi caussa notior est, eam prius designare verbis atque informare conabor, ut ea perspecta, cum in contrariam partem flexeris oculos, verae specimen beatitudinis possis agnoscere.

I. Qui serere ingenuum volet agrum,
Liberat arva prius fruticibus,
Falce rubos filicemque resecat,
Ut nova fruge gravis Ceres eat.
Dulcior est apium mage labor,
Si malus ora prius sapor edat:
Gratius astra nitent, ubi Notus
Desinit imbriferos dare sonos:
Lucifer ut tenebras pepulerit,
Pulcra dies roseos agit equos.
Tu quoque falsa tuens bona prius
Incipe colla iugo retrahere,
Vera dehinc animum subierint.

1. esse non] *ABCDem* esse *om. Zfgip etc. X. etc.* paullo acr.] *BCD Vall.* paullo *om. 1A* p. ante acr. *ZefgimpHsqq. X. Vulp. etc.* — 4. tac. nostra *ZHK.* — 5. vel hab. expect. *B.* — 7. autem *om. A.* — 10. adgredimur] *ABCD Vall.* adgrediamur *Cet. X. Vulp. sq.* — 11. beatitudinem quam *B.* an. sompn. *C.* — 12. imaginem *A.* — 13. fac ergo obs. te et *C.* et q. sit illa vera *LN.* — 14. illa *om. A.* caussa tui *C.* — 15. not. est eam *om. 1D.* — 16. ea quae *H.* perfecta *gHelfr.* — 18. verae *om. D.* spec. beat.] *ABCD etc. Vall.* beat. spec. *X. Vulp. etc.* —

I. *V.* 1. *in B. 9. sequitur.* — 2. liberet *e, Helmst. omnes.* fructibus *D.* — 3. silic. *C* felic. *Rtth. g.* resecet *Helm. 1. 2.* — 5. est *om. A.* apum *T2. Rp.* — *V.* 9. *in B. 2. seq.* depul. *Helm. 3.* — 12. detrahere *Helm. 3.* —

II. Tum defixo paullulum visu et velut in angustam suae mentis sedem recepta, sic coepit: Omnis mortalium cura, quam multiplicium studiorum labor exercet, diverso quidem calle procedit, sed ad unum tamen beatitudinis finem nititur pervenire. Id autem est bonum, quo quis adepto nihil ulterius desiderare queat. Quod quidem est omnium summum bonorum cunctaque intra se bona continens, cui si quid abforet, summum esse non posset, quoniam relinqueretur extrinsecus, quod posset optari. Liquet igitur esse beatitudinem statum bonorum omnium congregatione perfectum. Hunc, uti diximus, diverso tramite mortales omnes conantur adipisci. Est enim mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas, sed ad falsa devius error abducit. Quorum quidem alii summum bonum esse nihilo indigere credentes, ut divitiis adfluant, elaborant: alii vero bonum, quod sit dignissimum veneratione, iudicantes adeptis honoribus reverendi civibus suis esse nituntur. Sunt qui summum bonum in summa potentia esse constituant: hi vel regnare ipsi volunt, vel regnantibus adhaerere conantur. At quibus optimum quiddam claritas videtur, hi vel belli vel pacis artibus gloriosum nomen propagare festinant. Plurimi vero boni fructum gaudio laetitiaque metiuntur: hi felicissimum putant voluptate diffluere. Sunt etiam, qui horum fines caussasque alterutro permutent: ut, qui divitias ob potentiam voluptatesque desiderant, vel qui potentiam seu pecuniae caussa seu proferendi nominis petunt. In his igitur ceterisque talibus humanorum actuum votorumque versatur intentio, veluti nobilitas favorque popularis, quae videntur quamdam claritudinem comparare. Uxor ac liberi iocunditatis gratia petuntur, amicorum vero, quod sanctissimum quidem genus est, non

II. 1. august. *AZeK Lipsii cod. Vall. Vulp.* angust. *BC(D) etc. X. Helfr.* — 2. sit *D.* — 3. mortalium stud. *1B.* — 5. fontem *Vinc. Bell. d. V*, 4. id . . . bon *om. Idem.* — 6. quis *om. Glar.* ad alter. *B.* — 7. sum. est bon. omn. *A.* — 8. cont. bona *DLNVα.* — 9. sum. bonum esse *LVα.* — 10. esse beat.] *ABCD etc. Vall.* beat. esse [*im?*] *X. Vulp. etc.* — 11. Hanc *Dep* quem *Vinc. ib.* mort. omn. div. tram. *Idem.* utique *im.* — 14. insita *Vinc. l. l.* — 15. sum. bon.] *ABZefgpQ* sum. esse bon. *C*[*D im?*]*etc. X. etc.* — 18. verendi *Rtth.* suis civ. *C.* — 19. bon. summ. *A.* — 21. conantur vel regn. ipsi vol. *C.* quidd. opt. *A.* — 23. nom. glor. *B.* — 25. voluptati *C.* — 26. permutent] *ABCDZ T11. etc.* permutant *efipLNVα X. etc.* nec qui *f.* — 32. liberi ioc.] *AC* liberi quae ioc. *BDRZT11. V2. gpHKNQVα* lib. qui ioc. *efL*[*V1. im?*] *X. etc.* amic. quoque *i.* — 33. quidem *om. A.* —

in fortuna sed in virtute numeratur, reliquum vero vel potentiae caussa vel delectationis adsumitur. Iam vero corporis bona promptum est, ut ad superiora referantur. Robur enim magnitudoque videntur praestare valentiam, pulcritudo atque velocitas celebritatem, salubritas voluptatem: quibus omnibus solam beatitudinem desiderari liquet. Nam quod quisque prae ceteris petit, id summum esse iudicat bonum. Sed summum bonum beatitudinem esse definivimus. Quare beatum esse iudicat statum, quem prae ceteris quisque desiderat. Habes igitur ante oculos propositam fere formam felicitatis humanae, opes, honores, potentiam, gloriam, voluptates. Quae quidem sola considerans Epicurus, consequenter sibi summum bonum voluptatem esse constituit, quod cetera omnia iocunditatem animo videantur adferre. Sed ad hominum studia revertor: quorum animus etsi caligante memoria, tamen summum bonum repetit, sed velut ebrius domum quo tramite revertatur ignorat. Num enim videntur errare hi, qui nihilo indigere nituntur? Atqui non est aliud, quod aeque perficere beatitudinem possit quam copiosus bonorum omnium status, nec alieni egens, sed sibi ipse sufficiens. Num vero labuntur hi, qui quod sit optimum, id etiam reverentiae cultu dignissimum putant? minime. Neque enim vile quiddam contempnendumque est, quod adipisci omnium fere mortalium laborat intentio. An in bonis non est numeranda potentia? Quid igitur? Num inbecillum ac sine viribus aestimandum est, quod omnibus rebus constat esse praestantius? an claritudo nihili pendenda est? Sequestrari nequit, quin omne quod excellentissimum sit, id etiam videatur esse clarissimum. Nam non esse anxiam tristemque beatitudinem nec doloribus molestiisque subiectam, quid attinet dicere,

4. que *om. L.* — 5. celeritatem *1A.* — 6. Quib. enim sol. *Z* — 7. desiderare *1AepVα X.* liq. des. *B.* — 8. sum. esse ind.] *BCDZfi LNV Vall.* iud. esse *AempHKQα Rtth. Norimb. 1473.* sum. esse bon. iud. *g* esse *om. X. Vulp. etc.* iud. bonum quod esse beat. def. *Glar.* — 9. definivimus] *ABCDfimHKQ Vall.* definimus *Zegp LNVα X. Vulp. etc.* iud. esse *B.* — 10. quis *Z.* — 15. eo quod *g.* omn. haec *i.* — 16. revertar *fim.* — 17. sum. bon.] *Afgp* suum bon. *D* bon. sum. *BC etc. X.etc.* suum rep. *V11.* — 19. Num] *ACDZ etc. X. sqq.* non *B* nam *Helfr.* — 21. beat. perf. *A.* poss. beat. *B.* — 22. ipse] *ABDgHKLQVα X. etc. Vulp.* ipsi *CZefimpN Helfr.* — 24. putant] *ABCZefipLNVα X. etc.* putent *DgmHKQ.* dign. cultu rev. put. *C.* — 25. quoddam *Z.* que *om. CpHQ.* — 26. num. pot. *D.* — 27. Numquid *T1. V2.* — 29. pretiosius *A.* — 30. Sequest.] *AC(D)* Sed seq. *Cet. X. etc.* quando omne *L.* —

quando in minimis quoque rebus id adpetitur, quod habere fruique delectet? Atqui haec sunt, quae adipisci homines volunt, eaque de caussa divitias, dignitates, regna, gloriam voluptatesque desiderant, quod per haec sibi sufficientiam, reverentiam, potentiam, celebritatem, laetitiam credunt esse venturam. Bonum est igitur, quod tam diversis studiis homines petunt: in quo quanta sit naturae vis, facile monstratur, cum licet variae dissidentesque sententiae tamen in deligendo boni fine consentiunt.

II. Quantas rerum flectat habenas
Natura potens, quibus inmensum
Legibus orbem provida servet,
Stringatque ligans inresoluto
Singula nexu, placet arguto
Fidibus lentis promere cantu.
Quamvis Poeni pulcra leones
Vincula gestent manibusque datas
Captent escas metuantque trucem
Soliti verbera ferre magistrum:
Si cruor horrida tinxerit ora,
Resides olim redeunt animi,
Fremituque gravi meminere sui,
Laxant nodis colla solutis,
Primusque lacer dente cruento
Domitor rabidas inbuit iras.
Quae canit altis garrula ramis
Ales, caveae clauditur antro:
Huic licet inlita pocula melle,
Largasque dapes dulci studio
Ludens hominum cura ministret,
Si tamen arto saliens tecto,
Nemorum gratas viderit umbras,
Sparsas pedibus proterit escas,
Silvas tantum maesta requirit,
Silvas dulci voce susurrat.

1. quoniam *efL.* reb. *om. C.* — 2. delectat *2DefgipHKα.* — 6. laetitiamque *Vall., Sitzm. cdd.* esse *om. m. cdd. Sitzm.* — 8. demonstratur *A* demonstrabitur *2g.* — 9. sint sent. *Ae Wolf.* sent. sint *f.* dilig. *ADefgpHKNVα.* —

II. 3. servat *Helmst. 3.* — 7. pooeni *D.* — 8. datis *1D.* — 9. metuentq. *L* metuuntq. *eQHelfr.* — 10. solita *1D.* — 11. torrida *coni. Cort. ad Lucan. IV, 239.* — 15. primus acer *A* primus lac. *Vacca ad Luc. IV, 242.* — 16. rapid. *i Vacca ib.* — 22. acto *H.* alto *m.* texto *D.* — 25. silvasque *Lα.* —

Validis quondam viribus acta
Pronum flectit virga cacumen:
Hanc si curvans dextra remisit,
Recto spectat vertice caelum.
Cadit Hesperias Phoebus in undas,
Sed secreto tramite rursus
Currum solitos vertit ad ortus.
Repetunt proprios quaeque recursus,
Redituque suo singula gaudent:
Nec manet ulli traditus ordo,
Nisi quod fini iunxerit ortum,
Stabilemque sui fecerit orbem.

III. Vos quoque o terrena animalia, tenui licet imagine, vestrum tamen principium sompniatis, verumque illum beatitudinis finem, licet minime perspicaci, qualicumque tamen cogitatione perspicitis, eoque vos et ad verum bonum naturalis ducit intentio et ab eodem multiplex error abducit. Considera namque, an per ea, quibus se homines adepturos beatitudinem putant, ad destinatum finem valeant pervenire. Si enim vel pecunia vel honores ceteraque tale quid adferunt, cui nihil bonorum abesse videatur, nos quoque fateamur fieri aliquos honorum adeptione felices. Quod si neque id valent efficere, quod promittunt, bonisque pluribus carent, nonne liquido falsa in eis beatitudinis species deprehenditur? Primum igitur te ipsum, qui paullo ante divitiis adfluebas, interrogo. Inter illas abundantissimas opes nunquamne animum tuum concepta ex qualibet iniuria confudit anxietas? *B.* Atqui, inquam, libero me fuisse animo, quin aliquid semper angerer, reminisci nequeo. *P.* Nonne quia vel aberat, quod abesse non velles, vel aderat, quod adesse noluisses? *B.* Ita est, inquam. *P.* Illius igitur praesentiam, huius absentiam desiderabas. *B.* Confiteor, in-

29. remiserit *giN.* — 33. flectit ad *C.* — 34. propriosque quaeq. *D.* —

III. 1. o *om. Glar. Graff.* — 4. perspic.] *ACDegimpX. Vulp. etc.* prospic. *BZfHKetc. Wolf. Vall.* — 5. et *om. egi Wolf.* — 8. putare *B.* praedestin. *ep.* — 9. pecuniae *T1.f.* talia quid *Bern. cd.* afferant *LNVαWolf.* auferunt *H* appetunt *Rtth.* — 17. confudit] *CDetc. Xsqq.* confundit *ABpL.* tam lib. *efpLNVαX. etc.* tam *om. Cet. omn.* — 19. angerer] *ABCDRZT11. V2efpK* angeret *gimHL NQVαX. etc.* nequeo *ADetc. X. sqq.* non queo *RV2. gim. Cod. Martisburg. ap. Cort. ad Lucan. III, 156.* n̄queo (= nequeo *et* non queo) *BC.* —

quam. *P.* Eget vero, inquit, eo quod quisque desiderat? *B.* Eget, inquam. *P.* Qui vero eget aliquo, num est usquequaque sibi ipse sufficiens? *B.* Minime, inquam. *P.* Tu itaque hanc insufficientiam plenus, inquit, opibus sustinebas? *B.* Quidni? inquam. *P.* Opes igitur nihilo indigentem sufficientemque sibi facere nequeunt, et hoc erat, quod promittere videbantur. Atqui hoc quoque maxime considerandum puto, quod nihil habeat suapte natura pecunia, ut his a quibus possidetur invitis nequeat auferri. *B.* Fateor, inquam. *P.* Quidni fateare, cum eam cottidie valentior aliquis eripiat invito? Unde enim forenses querimoniae nisi quod vel vi vel fraude nolentibus pecuniae repetuntur ereptae? *B.* Ita est, inquam. *P.* Egebit igitur, inquit, extrinsecus petito praesidio, quo suam pecuniam quisque tueatur. *B.* Quis, inquam, neget? *P.* Atqui non egeret eo, nisi possideret pecuniam, quam posset amittere. *B.* Dubitari, inquam, nequit. *P.* In contrarium igitur relapsa res est: nam quae sufficientes sibi facere putabantur opes, alieno potius praesidio faciunt indigentes. Quis autem modus est, quo pellatur divitiis indigentia? Num enim divites esurire nequeunt? num sitire non possunt? num frigus hibernum pecuniosorum membra non sentiunt? Sed adest, inquies, opulentis, quo famen satient, quo sitim frigusque depellant. Sed hoc modo consolari quidem divitiis indigentia potest, auferri penitus non potest. Nam si haec hians semper atque aliquid poscens opibus expletur, maneat necesse est, quae possit expleri. Taceo, quod naturae minimum, quod avaritiae nihil satis est. Quare si opes nec submovere indigentiam possunt, et ipsae suam faciunt, quid est quod eas sufficientiam praestare credatis?

1. vero quisq. inq. eo quod *Rtth.* quod *om. 1B.* et qui *D.* — 2. non est *ABCDefgpLNVα* num *Z* [*im?*] *HKQX. etc.* 3. ipse] *ABDZgHKLNVαXetc.* ipse *om. Cp* ipsi *efimQ Sitzm. cdd. Vulp. sqq.* — 5. sustentabas *Rtth.* — 10. invit. *om. 1D.* — 11. quidni inquit fat. *Wolf.* fatere *CL.* — 13. vilis frande *C.* fr. nolent.] *ABCD ZfgipHKQGlar.* fr. a nol. *emLNVαX.etc.* — 15. quisq. pec. *B.* — 16. Quis inq.] *AC*[*D*]*ep Wolf. Vall.* quis id inq. *Cet. X. Vulp. sqq.* — 17. posset] *AB2DZmHKQ Vall.* possidet *1D* possit *Cefgip LNsqq. X. Vulp. etc.* — 18. neq. inq. ig. in cont. res est rel. *B.* — 19. namque *BD.* — 21. aut. quis *B.* indig. div. *A.* — 22. non non *1B.* — 23. non frig. *B.* — 24. adéé *A∞C* ades *HQ.* — 26. auf. pen. non] *BZfgimp HKQX.etc.* sed auf. *DLNVα Wolf.* auf. autem pen. *Ce* auf. nullo modo pot *A.* — 27. inhians *Rtth.* exposc. *B.* — 28. opibus non explet. *coni. Vall. fp.*

III. Quamvis fluente dives auri gurgite
Non expleturas cogat avarus opes,
Oneretque baccis colla rubri littoris,
Ruraque centeno scindat opima bove:
Nec cura mordax deserit superstitem,
Defunctumque leves non comitantur opes.

IV. Sed dignitates honorabilem reverendumque, cui provenerint, reddunt. Num vis ea est magistratibus, ut utentium mentibus virtutes inserant, vitia depellant? Atqui non fugare, sed inlustrare potius nequitiam solent: quo fit, ut indignemur eas saepe nequissimis hominibus contigisse. Unde Catullus licet in curuli Nonium sedentem, strumam tamen adpellat. Videsne quantum malis dedecus adiciant dignitates? Atqui minus eorum patebit indignitas, si nullis honoribus inclarescant. Tu quoque num tandem tot periculis adduci potuisti, ut cum Decorato gerere magistratum putares, cum in eo mentem nequissimi scurrae delatorisque respiceres? Non enim possumus ob honores reverentia dignos iudicare, quos ipsis honoribus iudicamus indignos. At si quem sapientia praeditum videres, num posses eum vel reverentia vel ea qua est praeditus sapientia non dignum putare? *B.* Minime. *P.* Inest enim dignitas propria virtuti, quam protinus in eos, quibus fuerit adiuncta, transfundit. Quod quia populares facere nequeunt honores, liquet eos propriam dignitatis pulcritudinem non habere. In quo illud est animadvertendum magis: nam si eo abiectior est, quo magis a pluribus quisque contempnitur, cum reverendos facere nequeat, quos pluribus ostentat despectiores potius inprobos dignitas facit. Verum non inpune, red-

III. 3. Oneretque *ABCDZetc. Erf. Vall.* ornet *X.* [*unde?*] *Vulp.sqq.* — 5. Non tn cura *C.* mord. cura *B.* deseret *AV1.RHKQ* deserat *V2.e* deserit *BCDsqq. X. etc.*

IV. 3. virtutem *C.* vitiaque *A.* — 6. Catulus *D.* — 7. Nomium *1A* Novium *BC.* tamen adp.] *ABCDetc. Vall.* tamen *om. X. Vulp. etc.* — 8. mal. dedec.] *ABCDetc.* [*im?*] *Vall.* dedec. malis *X. Vulp. sqq.* adiiciunt *T1. Cd. Martisburg ap. Cort. ad Luc. I. 126.* — 9. horum *A.* clarescunt *D* clarescant *Zi Bern. cd.* — 10. abduci *V2.* — 15. vidisses *Bern. cd.* — 16. ipsa qua *C.* est praed.] *ABC*[*D*]*Zefgp HKQα* praed. est [*im?*] *LNV X. etc.* — 20. fac. neq.] *ABCDZefg HKLNQVα Vall.* neq. fac. *imp X. Vulp. etc.* — 22. magis *om. C.* — 24. nequeat] *ABC*[*D?*] *ZefgmpHKsqq. Flor. Vall.* nequeant *iX. Vulp.etc.* ostendat *A1BV.* — 25. inpr. dign.] *ADZefgimpHKLN QVα Vall.* dign. inpr. *BC X. Vulp. etc.* —

dunt namque inprobi parem dignitatibus vicem, quas sua contagione conmaculant. Atque ut agnoscas veram illam reverentiam per has umbratiles dignitates non posse contingere, [sic conlige]: Si quis multiplici consulatu functus in barbaras nationes forte devenerit, venerandumne barbaris honor faciet? Atqui si hoc naturale munus dignitatibus foret, ab officio suo quoquo gentium nullo modo cessarent, sicut ignis ubique terrarum, numquam tamen calere desistit. Sed quoniam id eis non propria vis, sed hominum fallax adnectit opinio, vanescunt illico, cum ad eos venerint, qui dignitates eas esse non aestimant. Sed hoc apud exteras nationes. Inter eos vero, apud quos ortae sunt, num perpetuo perdurant? Atqui praetura magna olim potestas, nunc inane nomen et senatorii census gravis sarcina. Si quis quondam populi curasset annonam, magnus habebatur, nunc ea praefectura quid abiectius? Ut enim paullo ante diximus, quod nihil habet proprii decoris, opinione utentium nunc splendorem accipit, nunc amittit. Si igitur reverendos facere nequeunt dignitates, si ultro inproborum contagione sordescunt, si mutatione temporum splendere desinunt, si gentium aestimatione vilescunt, quid est, quod in se expetendae pulcritudinis habeant, nedum aliis praestent?

IV. Quamvis se Tyrio superbus ostro
  Comeret et niveis lapillis,
Invisus tamen omnibus vigebat
  Luxuriae Nero saevientis.
Sed quondam dabat inprobus verendis
  Patribus indecores curules.
Quis illos igitur putet beatos,
  Quos miseri tribuunt honores?

2. Atqui *epL.* cognosc. *KQGlar.* — 4. sic conlige] *Om. haec verba: ADg Vall., sed cf. II, cap. 4. p. 28.* Siqui *C.* — 5. barb. *om. D.* — 6. facit *Wolf.* sum hoc *om. B.* — 7. quoque *B. Inde a verbis* ab off. *usque ad finem hui. libri desunt in Z.* — 10. non *om. B.* vis est sed *C.* — 11. evanesc. *eip.* — 13. vero *om. Q.* — 14. durant *Ci.* praefectura *A2BCefgimpLNVα X. Vulp. etc.* praetura *DT2. Cod. ap. Havercamp. in Ind. ad Sal.* [*s. v.* praefectura] *HKQ Vall. Cuiacius ad leg. I. tit. 12.* — 15. nomen et] *ABCDpHKLNQ Vα* nom. est et *Cet. X. etc.* — 16. anonam in urbe factitasset magn. *Schol. ad Luc. I, 319.* — 18. id quod *B.* — 23. existim. gent. *B.* —

IV. 2. ac *A* et *om. Helmst. 1.* — 5. dabit *g.* — 8. igitur illos *ABCDfp.* putat *m Graff.* putes *Sitzm.* —

V. An vero regna regumque familiaritas efficere potentem valet? Quidni, quando eorum felicitas perpetuo perdurat? Atqui plena est exemplorum vetustas, plena etiam praesens aetas, qui reges felicitatem calamitate mutaverint. O praeclara potentia, quae ne ad conservationem quidem sui satis efficax invenitur! Quod si haec regnorum potestas beatitudinis auctor est, nonne, si qua parte defuerit, felicitatem minuat, miseriam inportet? Sed quamvis late humana tendantur inperia, plures necesse est gentes relinqui, quibus regum quisque non inperet. Qua vero parte beatos faciens desinit potestas, hac inpotentia subintrat, quae miseros facit: hoc igitur modo maiorem regibus inesse necesse est miseriae portionem. Expertus suae sortis periculorum tyrannus, regni metus pendentis supra verticem gladii terrore simulavit. Quae est igitur haec potestas, quae solicitudinum morsus expellere, quae formidinum aculeos vitare nequit? Atqui vellent ipsi vixisse securi, sed nequeunt: dehinc de potestate gloriantur. An tu potentem censes, quem videas velle, quod non possit efficere? Potentem censes, qui satellite latus ambit, qui quos terret ipse plus metuit: qui ut potens esse videatur, in servientium manu situm est? Nam quid ego de regum familiaribus disseram, cum regna ipsa tantae inbecillitatis plena demonstrem? quos quidem regia potestas saepe incolumis, saepe autem lapsa prosternit? Nero Senecam familiarem praeceptoremque suum ad eligendae mortis coegit arbitrium. Papinianum diu inter aulicos potentem, militum gladiis Antoninus obiecit. Atqui uterque potentiae suae renuntiare voluerunt, quorum Seneca opes etiam suas tradere Neroni seque in otium conferre conatus est: sed dum ruituros moles ipsa trahit, neuter quod voluit effecit. Quae est igitur ista potentia, quam pertimescunt habentes, quam nec cum habere velis tutus sis, et cum

V. 1. regnum *B.* — 2. valet] *ABC*[*D*]*p* valent *Cet. X. etc.* felic. eor. *B.* — 4. quo *2D.* — 6. conservatione *B.* — 8. et miser. *Cp.* — 10. quibus non inp. reg. quisquam *1Cp.* — 11. vero *om. Helfr.* — 12. pot. des. hac parte inp. *B.* — 14. suae sortis] *ABC*[*D*] sort. suae *Cet. X. etc.* — 16. simil. *i Wolf.* — 17. nequit exp. *B.* — 20. pot. ... effic. *om. A* quem .... effic. *om. 1D.* — 22. ipse terr. *Cg.* esse *om. B.* — 23. situs *V2. egpLNVα Wolf.* — 24. familiaritate *Ap.* ipsa regna *B.* ista *L.* — 25. plane dem. *D.* — 27. fam. suum *B.* — 29. Papirianum *B.* potentum *D.* — 30. Antoninus] *Coni. Sitzm. CDV2.K Vall. etc.* Antonius *ABetc. X.* — 31. volebant *A* voluerint *D.* — 32. transferre *BC.* — 33. efficit *AB.* — 34. est *om. B.* — 35. cum *om. B.* hab. cum vel. *HKQ.* —

deponere cupias, vitare non possis? An praesidio sunt amici, quos non virtus sed fortuna conciliat? Sed quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum. Quae vero pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus?

V. Qui se volet esse potentem,
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidine colla
Foedis submittat habenis.
Etenim licet Indica longe
Tellus tua iura tremescat,
Et serviat ultima Thule:
Tamen atras pellere curas
Miserasque fugare querelas
Non posse potentia non est.

VI. Gloria vero quam fallax saepe, quam turpis est! Unde non iniuria tragicus exclamat: ὦ δόξα δόξα μυρίοισι δὴ βροτῶν, οὐδὲν γεγῶσι βίοτον ὤγκωσας μέγαν. Plures enim magnum saepe nomen falsis vulgi opinionibus abstulerunt, quo quid turpius excogitari potest? Nam qui falso praedicantur, suis ipsi necesse est laudibus erubescant. Quae si etiam meritis conquisitae sint, quid tamen sapientis adiecerint conscientiae, qui bonum suum non populari rumore, sed conscientiae veritate metitur? Quod si hoc ipsum propagasse nomen pulcrum videtur, consequens est, ut foedum non extendisse iudicetur. Sed cum, uti paullo ante disserui, plures gentes esse necesse sit, ad quas unius fama hominis nequeat pervenire, fit, ut quem tu aestimas esse gloriosum, proxima parte terrarum videatur

2. conciliatur *Vα.* — 3. infelicitas faciet *Vinc. Bell. sp. d.* VI, 90. 92. *h.* XXII, 19. — 4. Nulla pest. *Idem ib.*

V. 4. submittit *eim.* — 5. india *A.* — 6. tremescat] *ABDRtth.* tremiscat *Cet. X. etc.* — 7. Thule] *X. etc.* thyle *ABDeKNQ Leyser Wolf.* thile *CiH* tile *sive* tyle *Cet.* —

VI. 1. quam vero *1B.* — 2. traicus *AB* trag. quidam excl. *D.* — 3. *ΜΥΡΙΟΥΣ. ΙΔΗ ... ΟΙΔΕΝ. ΓεΓωΣΙΝ. εΙοτωΝ c. interpret.:* o gloria, gl., milibus mortalium nihil facta nisi aurium inflatio magna *A. Similiter Cdd. recc., vett. edd. et Vinc. h.* XXII, 19. [nisi aurium *sive* quam aur. *(Vinc.) omnes!*] *ανροπων ου δεν γεγωσι βιοτον etc. D. Cf. Eur. Androm. 320. ed. Musgr.* — 5. opinibus *A1B.* — 6. ipsis *A. om. C.* — 9. bon. . . . rum. *om. 1D.* — 13. esse gent. *K.* nec. sit esse *LNα* esse *om. B.* — 14. aest. esse glor.] *BCDRV2. T11. egp Ritth. HKQV* glor. esse *AfLN* esse gl. esse *α* esse *om.* [*im?*] *X. etc.* — 15. proxima] *ABCDT11. V1. efimpKGlar. X. Vulp. etc.* pro maxima *RV2. gHLNQVα Vall.* —

inglrious. Inter haec vero popularem gratiam ne conmemoratione quidem dignam puto, quae nec iudicio provenit, nec umquam firma perdurat. Iam vero quam sit inane, quam futile nobilitatis nomen, quis non videat? quae si ad claritudinem refertur, aliena est. Videtur namque esse nobilitas quaedam de meritis veniens laus parentum. Quod si claritudinem praedicatio facit, illi sint clari necesse est, qui praedicantur: quare splendidum te, si tuam non habes, aliena claritudo non efficit. Quod si quid est in nobilitate bonum, id esse arbitror solum, ut inposita nobilibus necessitudo videatur, ne a maiorum virtute degenerent.

VI. Omne hominum genus in terris
Simili surgit ab ortu:
Unus enim rerum pater est,
Unus cuncta ministrat.
Ille dedit Phoebo radios,
Dedit et cornua lunae,
Ille homines etiam terris
Dedit et sidera caelo:
Hic clausit membris animos
Celsa sede petitos:
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.
Quid genus et proavos strepitis?
Si primordia vestra
Auctoremque deum spectes,
Nullus degener extat,
Ni vitiis peiora fovens
Proprium deserat ortum.

VII. Quid autem de corporis voluptatibus loquar, quarum adpetentia quidem plena est anxietatis, satietas

1. ingloriosus *1D.* vero *om. D.* grat.] *ABDefmpHKLNQVα X etc. Vulp.* gloriam [*C?* gtam] *gi Rtth. Helfr.* nec *Codd. et edd. vett. omnes.* ne *X. etc.* — 2. iud. vero prov. *LNα Wolf.* — 4. nom. nob. *B* dignitatis nom. *N.* — 5. quae si . . . par. *om. 1D.* — 6. ven. *om. B.* — 10. aliquid *C.* — 11. arb. esse *pHKQ.* — 12. ne virt. maior. *B.* —

VI. 1. gen. hom. *gL* humanum gen. *NVα Dilher.* — 2. processit *Helm. 3.* — 4. Unus qui cuncta *AepNQVα* — 7. et hom. *B.* — 8. ut *D.* — 9. Hi cl. an. membr. *B.* — 10. pet. sede *A.* — 12. Edidit *Aefip.* — 13. *Ordo est a 1. manu in A: v.* 15. 16. 13. 14.

VII. 1. volupt. corp. *A.* — 2. anxietate *p.* —

vero poenitentiae? Quantos illae morbos, quam intolerabiles dolores, quasi quemdam fructum nequitiae fruentium solent referre corporibus! quarum motus quid habeat iocunditatis, ignoro. Tristes vero esse voluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum volet, intelleget. Quae si beatos explicare possunt, nihil caussae est, quin pecudes quoque beatae esse dicantur, quarum omnis ad explendam corporalem lacunam festinat intentio. Honestissima quidem coniugis foret liberorumque iocunditas, sed nimis e natura dictum est, nescio quem filios invenisse tortores: quorum quam sit mordax quaecumque conditio, neque alias expertum te neque nunc anxium necesse est admonere. In quo Euripidis mei sententiam probo, qui carentem liberis infortunio dixit esse felicem.

VII. Habet omnis hoc voluptas,
Stimulis agit fruentes,
Apiumque par volantum,
Ubi grata mella fudit,
Fugit et nimis tenaci
Ferit icta corda morsu.

VIII. Nihil igitur dubium est, quin hae ad beatitudinem viae deviae quaedam sint, nec perducere quemquam eo valeant, ad quod se perducturas esse promittunt. Quantis vero implicitae malis sint, brevissime monstrabo. Quid enim? pecuniamne congregare conaberis? sed eripies habenti: dignitatibus fulgere velis? danti supplicabis, et qui praeire ceteros honore cupis, poscendi humilitate vilesces: potentiamne desideras? subiectorum insidiis obnoxius periculis subiacebis. Glo-

3. inferre *ef.* — 5. intellegit *C.* — 6. possint *C.* — 7. beat. *om. 1B.* dic. esse *B.* — 8. lacunam] *ABDpKLNVX.etc.* lasciviam *Cefgim HQα Wolf.* — 9. liberorum for. ioc. *LN* liberorumque for. *V.* — 10. e *om. 1B.* — 12. expertum est te *fL.* — 14. approbo *gi(gl. in A).* —

VII. 1. hoc vol. omnis *codd. et edd. vett. omnes, Wolf., Io. Saresber. Polycrat.* VI, 23. omn. hoc vol. *X. etc.* — 2. fruentis *C.* — 3. Apum *1B. Io. Saresb. ib.* — 4. fundit *ip.* —

VIII. 1. est ig. dub. *A.* cur hae *C.* — 2. deviae] *AB Vall.* devia *C[D?] etc. X. Vulp. etc.* sint quaed. *B.* quemq. eo] *ABC[D?] efiHKLQα. Vall.* eo quemq. *gmpLN X. Vulp. etc.* — 4. Quantis] *ABCDetc. Vall. etc.* quamvis *X.* — 5. congerere *Vinc. Bell. sp d.* VI, 105. *et h.* XXII, 19. at ne *Idem h. l. l.* — 6. eripias *emp.* Si dign. *Vinc. sp. d. l. l.* — 7. donanti *LN.* — 8. vilitate *A.* vilescis *CDeL.* —

riam petas? sed per aspera quaeque distractus securus esse desistis: voluptariam vitam degas, sed quis non spernat atque abiciat vilissimae fragilissimaeque rei corporis servum? Iam vero qui bona prae se corporis ferunt, quam exigua, quam fragili possessione nituntur! Num enim elephantos mole, tauros robore superare poteritis, num tigres velocitate praeibitis? Respicite caeli spatium, firmitudinem, celeritatem, et aliquando desinite vilia mirari. Quod quidem caelum non his potius est, quam sua qua regitur ratione mirandum. Formae vero nitor ut rapidus est, ut velox et vernalium florum mutabilitate fugacior? Quod si, ut Aristoteles ait, Lynceis oculis homines uterentur, ut eorum visus obstantia quaeque penetraret, nonne introspectis visceribus illud Alcibiadis superficie pulcerrimum corpus turpissimum videretur? Igitur te pulcrum videri, non tua natura sed oculorum spectantium reddit infirmitas. Sed aestimate, quam vultis nimio corporis bona, dum sciatis hoc, quodcumque miramini, triduanae febris igniculo posse dissolvi. Ex quibus omnibus illud redigere in summam licet, quod haec, quae nec praestare, quae pollicentur, bona possunt, nec omnium bonorum congregatione perfecta sunt, ea nec ad beatitudinem, quasi quidam calles, ferunt, nec beatos ipsa perficiunt.

VIII. Eheu, quae miseros tramite devio
Abducit ignorantia!
Non aurum in viridi quaeritis arbore,
Nec vite gemmas carpitis,
Non altis laqueos montibus abditis,
Ut pisce ditetis dapes,
Nec vobis capreas si libeat sequi,

1. petas] *A1B[D?]RT11. Vinc. l. l.* petis *efgHKLNQVα Vinc. hist. l. l. X. etc.* appetas *p* appetis *Cim.* — 2. degis *B Vinc. h. l. l.* eligis *C* eligas *p* diligis *fi.* — 4. servum] *ABCDetc.* δοῦλον *Plan. Vall.* servitium *Vinc. h.* XXII. 19. *X. Vulp. etc.* — 5. aut frag. *A.* — 6. Non *B.* elephantos] *ABC[D]HKQ Vall.* elephantes *efgimpLNVα X. Vulp. etc.* — 7. tegr. D. — 12. Aristotiles *D.* — 13. linceis *ABCD.* 14. vis. eor. *B.* obst. quaeque] *AB[D]efpGlar.* quaeque *om. Cet. X. etc.* — 15. quod superf. *C.* — 18. nimia *C.* — 21. redigi *B.* dirigere *A* in sum. lic.] *ABCDefgpHKLQα Vall.* in sum. red. lic. *[im?]NV X. Vulp. etc.* — 22. policientur *D.* —

VIII. 1. heu *DH* heu heu *eiLNVα.* quae] *ABCDegmHsqq. Vall.* quam *fipX. Vulp. etc.* devios *Vall. unde?* — 3. arb. quaer. *Cg* Non.... in *om. 1B.* — 5. altos *Helm. 3.* mont. laq. *A* abditos *C.* —

Tyrrhena captatis vada.
Ipsos quin etiam fluctibus abditos,
  Norunt recessus aequoris,
Quae gemmis niveis unda feracior,
  Vel quae rubentis purpurae:
Nec non quae tenero pisce vel asperis
  Praestent echinis littora.
Sed quonam lateat, quod cupiunt bonum,
  Nescire caeci sustinent,
Et quod stelliferum trans abiit polum,
  Tellure demersi petunt.
Quid dignum stolidis mentibus inprecer?
  Opes, honores ambiant,
Et cum falsa gravi mole paraverint,
  Tum vera cognoscant bona.

IX. Hactenus mendacis formam felicitatis ostendisse suffecerit, quam si perspicaciter intueris, ordo est deinceps, quae sit vera monstrare. *B.* Atqui video, inquam, nec opibus sufficientiam nec regnis potentiam nec reverentiam dignitatibus nec celebritatem gloria nec laetitiam voluptatibus posse contingere. *P.* An etiam caussas, cur id ita sit, deprehendisti? *B.* Tenui quidem veluti rimula mihi videor intueri: sed apertius ex te cognoscere malim. *P.* Atqui promptissima ratio est. Quod enim simplex est indivisumque natura, id error humanus separat, et a vero atque perfecto ad falsum inperfectumque traducit. An tu arbitraris, quod nihilo indigeat, egere potentia? *B.* Minime, inquam. *P.* Recte tu quidem: nam si quid est, quod in ulla re inbecillioris valentiae sit, in hac praesidio necesse est egeat alieno. *B.* Ita est, inquam. *P.* Igitur sufficientiae potientiaeque una est eademque natura. *B.* Sic videtur. *P.* Quod vero huiusmodi sit, spernendumne censes esse, an contra rerum omnium ve-

8. tirrenas capitis *1B.* — 13. vel *om. A.* — 14. praestant *Helfr.* — 18. dimersi *ABCDepL* demersi *fimpHKNQVα X. etc.* — 21. ut *1Agp.* —

IX. 2. veraciter *Bern. cd.* intuearis *Vulp. etc.* — 5. ex dign. *C.* — 6. celebritati gloriam *coni. Bern. HKQ Wolf.* in gloriam *B∞ ef.* — 7. id *om. Aem Rtth.* — 9. apert. ex te cogn.] *A(D)* ex te apert. cogn. *BCgp* mal. apert. *f Vall.* ex te cogn. apert. *eim HK etc.* X. *Vulp. sqq.* — 11. hum. error *A.* — 12. atque inperf. *Ae.* — 13. hoc quod *LNVα* qui nihilo *2D.* — 14. tu sentis quidem *C.* quod *om. 1A.* — 17. eademque est nat. *NVα* eadem est nat. *L.* — 19. ne *om. 1B.* censes esse] *ACe* esse cens. *Cet. X. etc.* —

neratione dignissimum? *B.* At hoc, inquam, ne dubitari quidem potest. *P.* Addamas igitur sufficientiae potentiaeque reverentiam, ut haec tria unum esse iudicemus. *B.* Addamus, si quidem vera volumus confiteri. *P.* Quid vero, inquit, obscurumne hoc atque ignobile censes esse, an omni celebritate clarissimum? Considera vero, ne, quod nihilo indigere, quod potentissimum, quod honore dignissimum esse concessum est, egere claritudine, quam sibi praestare non possit, atque ob id aliqua ex parte videatur abiectius. *B.* Non possum, inquam, quin hoc uti est, ita etiam celeberrimum esse confitear. *P.* Consequens igitur est, ut claritudinem superioribus tribus nihil differre fateamur. *B.* Consequitur, inquam. *P.* Quod igitur nullius egeat alieni, quod suis cuncti viribus possit, quod sit clarum atque reverendum, nonne hoc etiam constat esse laetissimum? *B.* Sed unde huic, inquam, tali maeror ullus obrepat, ne cogitare quidem possum, quare plenum esse laetitiae, si quidem superiora manebunt, necesse est confiteri. *P.* Atqui illud quoque per eadem necessarium est, sufficientiae, potentiae, claritudinis, reverentiae, iocunditatis nomina quidem esse diversa, nullo modo vero discrepare substantiam. *B.* Necesse est, inquam. *P.* Hoc igitur, quod est unum simplexque natura, pravitas humana dispertit, et, dum rei, quae partibus caret, partem conatur adipisci, nec portionem, quae nulla est, nec ipsam, quam minime adfectat, adsequitur. *B.* Quonam, inquam, modo? *P.* Qui divitias, inquit, petit penuriae fuga, de potentia nihil laborat: vilis obscurusque esse mavult, multas etiam sibi naturales quoque subtrahit voluptates, ne pecuniam quam paravit amittat. Sed hoc modo ne sufficientia quidem contingit ei, quem valentia deserit, quem molestia pungit, quem vilitas abicit, quem recondit obscuritas. Qui vero solum posse desiderat, profligat opes, despicit vo-

1. Ad hoc *A* Ac hoc *C.* nec *efpHKLNVα.* — 4. vol. vera *A.* — 5. Quod *Helfr.?* igitur inq. *N Glar. Vall.* — 6. cariss. *1D.* — 7. vero hoc ne *B* ne quid *Glar.* — 10. videat. esse abi. *fip* — 11. possumus *X.* ita *om. Wolf.* — 14. consequenter inq. *D.* trib. super. *C.* — 15. sui *1D.* — 16. hoc *om. C.* — 17. obrep. ull. *A.* — 18. nec *ABCDetc.* ne *X. etc.* quid igitur *(c. gl.:* quare) *A.* — 19. manebit *1D.* — 22. esse *om. C.* nullo modo vero] *ABCDefgHKQ* nullo vero modo *impLNVα X. etc.* — 23. a substantia *D.* — 24. Ig. hoc quod un. est *B.* — 25. prav. hominum *LN.* — 28. Quonam modo inq. *LNVα.* Quid div. *X.* — 32. ne] *ADX. Vulp. etc.* non *C* nec *BefgimpHsqq. Vall.* — 33. contigit *Helfr.?* ei *om. 1D.* —

luptates honoremque potentia carentem gloriam quoque nihili pendit. Sed hunc quoque quam multa deficiant, vides. Fit enim ut aliquando necessariis egeat, ut anxietatibus mordeatur, cumque haec depellere nequeat, etiam id quod maxime petebat, potens esse desistat. Similiter ratiocinari de honoribus, gloria, voluptatibus licet. Nam cum unumquodque horum idem quod cetera sit, quisquis horum aliquid sine ceteris petit, ne illud quidem, quod desiderat, adprehendit. *B.* Quid igitur? inquam. *P.* Si quis cuncta simul cupiat adipisci, summam quidem ille beatitudinis velit: sed num in his eam reperiet, quae demonstravimus, id quod pollicentur, non posse conferre? *B.* Minime, inquam. *P.* In his igitur, quae singula quaedam expetendorum praestare creduntur, beatitudo nullo modo vestiganda est. *B.* Fateor, inquam, et hoc nihil dici verius potest. *P.* Habes igitur, inquit, et formam falsae felicitatis et caussas, deflecte nunc in adversum mentis intuitum, ibi enim veram quam promisimus statim videbis. *B.* Atqui haec, inquam, vel caeco perspicua est, eamque tu paullo ante monstrasti, dum falsae caussas aperire conabaris. Nam nisi fallor, ea vera est et perfecta felicitas, quae sufficientem, potentem, reverendum, celebrem laetumque perficiat. Atque ut me interius animadvertisse cognoscas, quae unum horum, quoniam idem cuncta sunt, veraciter praestare potest, hanc esse plenam beatitudinem sine ambiguitate cognosco. *P.* O te alumne hac opinione felicem, si quidem hoc, inquit, adieceris. *B.* Quidnam? inquam. *P.* Essene aliquid in his mortalibus caducisque rebus putas, quod huiusmodi statum possit adferre? *B.* Minime, inquam, puto, idque a te,

1. gloriamque *L.* — 2. nihil *Vulp.etc.* hunc] *ABCDefpHKLNQVα Erf.Flor.Vall.* huic *gimX.Vulp.etc.* afficiant *N* deficiunt *Cd. Martisburg. ap.Cort. ad Lucan.* I,126. — 3. enim *om. B*, fit ut anx. *B.* ut *om. DL.* — 5. desistit *efgimpX.Vulp.etc.* desistat *Cet.* — 6. et gloria *C*, — 8. cet. . ,. aliq. *om. C.* ne] *AC* [*D*] *emX. Vulp. etc.* nec *Cet. Vall.* — 9. Qui ig. *ABC* (? que). — 10. Si qui *A.* sim. cuncta *C.* quidem *om. A.* — 11. ille *om. LNVα* vellet *Wolf.* non in his *L.* reperiret *B.* — 14. quaedam] *ABCDfgimHKLNQVα. om. ep* quaeque *X.etc.* — 15. vestig.] *AD* invest. *BCetc. X.etc.* — 16. ver. dic. *gLNVα.* — 18. nunc defl. *A.* — 19. quam veram *B.* videbitis *1B.* — 21. falsae causs.] *ABCDegmpHKLNQVα Vall.* fals. beatitudinis causs. *fi Vulp. etc.* fals. felicitatis *cd. ap. Wass. ad Sal. Iug.* 88. *et gl. m.* falsas causs. *X.* conaris *AD T2.* — 22. nisi] *ABCDHKLetc.Vall.* ni *Cet.* — 25. qui *1D* quod *C2D.* — 26. hanc pl. esse *B.* — 28. felic., siq.] *ABCDfgi Cd. Wassii l. l. Vall.* fel. sentio siquid. *HKNQX.Vulp etc.* fel. dico *ep* fel. censeo *mLαWolf.* fel. . . si *om. V.* — 29. inq. hoc *Cf.* — 31. auferre *C.* atque a te *LNVα.* —

nihil ut amplius desideretur, ostensum est. *P.* Haec igitur vel imagines veri boni vel inperfecta quaedam bona dare mortalibus videntur: verum autem atque perfectum bonum conferre non possunt. *B.* Adsentior, inquam. *P.* Quoniam igitur agnovisti, quae vera illa sit, quae autem beatitudinem mentiantur, nunc superest, ut unde veram hanc petere possis, agnoscas. *B.* Id quidem, inquam, iam dudum vehementer expecto. *P.* Sed cum, uti in Timaeo Platoni, inquit, nostro placet, in minimis quoque rebus divinum praesidium debeat inplorari: quid nunc faciendum censes, ut illius summi boni sedem reperire mereamur? *B.* Invocandum, inquam, rerum omnium patrem, quo praetermisso nullum rite fundatur exordium. *P.* Recte, inquit, ac simul ita modulata est:

IX. O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum caelique sator, qui tempus ab aevo
Ire iubes stabilisque manens das cuncta moveri,
Quem non externae pepulerunt fingere caussae
Materiae fluitantis opus, verum insita summi
Forma boni livore carens, tu cuncta superno
Ducis ab exemplo: pulcrum pulcerrimus ipse
Mundum mente gerens similique in imagine formans
Perfectasque iubens perfectum absolvere partes.
Tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis,
Arida conveniant liquidis: ne purior ignis
Evolet, aut mersas deducant pondera terras.
Tu triplicis mediam naturae cuncta moventem
Connectens animam per consona membra resolvis.
Quae cum secta duos motum glomeravit in orbes,
In semet reditura meat mentemque profundam
Circuit, et simili convertit imagine caelum.
Tu caussis animas paribus vitasque minores
Provehis, et levibus sublimes curribus aptans
In caelum terramque seris, quas lege benigna

3. bona dare] *ABDg* dare bona *Cet. X, etc.* et perf. *C.* — 5. illa vera *C.* — 8. expeto *D. Cf. Plat. Tim. p. 27. C.* — 9. infimis quoque *B.* —

IX. 3. dans *BD* da *g* dat *H* (das *etiam Io. Saresb. Polycrat.* II, 22., *imitatus est loc I Charler. in consol. theolog.* II, 1, 43: ut placet ut vult, dat sine motu cuncta mov. — 8. in imag.] *AC*[*D?*] *Vall. Vulp.* per imag. *g* ab imag. *Wolf.* in *om. Befimetc. X. Helfr.* — *v.* 10. *affert Schol. ad Lucan.* I, 640, *vd. Not. ad* I, *carm.* 2, 12. ne frig. *Helm.* 3 nec frig. *i.* — 17. in imag. *B.* — 19. aptas *Helm. omn.* —

Ad te conversas reduci facis igne reverti.
Da pater augustam menti conscendere sedem,
Da fontem lustrare boni, da luce reperta
In te conspicuos animi defigere visus.
Disice terrenae nebulas et pondera molis,
Atque tuo splendore mica: tu namque serenum,
Tu requies tranquilla piis, te cernere finis,
Principium, vector, dux, semita, terminus idem.

X. Quoniam igitur quae sit inperfecti, quae etiam perfecti boni forma vidisti, nunc demonstrandum reor, quonam haec felicitatis perfectio constituta sit. In quo illud primum arbitror inquirendum, an aliquod huiusmodi bonum, quale paullo ante definisti, in rerum natura possit existere, ne nos praeter rei subiectae veritatem cassa cogitationis imago decipiat. Sed quin existat sitque hoc veluti quidam omnium fons bonorum, negari nequit. Omne enim quod inperfectum esse dicitur, id imminutione perfecti inperfectum esse perhibetur. Quo fit, ut si in quolibet genere inperfectum quid esse videatur, in eo perfectum quoque aliquid esse necesse sit. Etenim perfectione sublata, unde illud, quod inperfectum perhibetur, extiterit, ne fingi quidem potest. Neque enim ab diminutis inconsummatisque natura rerum cepit exordium, sed ab integris absolutisque procedens in haec extrema atque effeta dilabitur. Quod si, uti paullo ante monstravimus, est quaedam boni fragilis inperfecta felicitas, esse aliquam solidam perfectamque non potest dubitari. *B.* Firmissime, inquam, verissimeque conclusum est. *P.* Quo vero, inquit, habitet. ita considera. Deum rerum omnium principem bonum esse. communis humanorum conceptio probat animorum. Nam cum nihil deo melius excogitari queat, id quo melius nihil est, bonum esse quis dubitet? Ita

22. Da o pat. *C.* — 25. disice [ss *A*] *BC*[*D*] *iVα* deside *e* disside *m* discite *p* desiste *f.* — 28. rector *Helmst. 3.* —

X. 4. aliqui quid *A* aliquid *Ce.* — 7. cognitionis *e Rtth. Helfr.* — 9. Omne hoc quod *A.* — 10. imminut.] *ACDpK Vall.* id in minut. *Erf. Nor. I.* deminut. (*sive* dim.) *BefiVαX. Vulp. etc.* id in dim. *g* id etiam min. *m* id min. *LN* id ninime *HQ.* — 11. in *om. A.* esse quid *A.* — 12. nec. sit quoq. al. esse *B.* aliquod *Cally. Helfr.* — 14. perh. imp. *B.* nec *BCefgpL* ne *Cet.* quidem *om. C.* — 15. [enim] *Sitzm.* demin. *1AiX.* ab dim. *2ABCDefgmpHKQetc. Vall. etc.* ab inminut. *T1.* de minut. *RV11.* consum. *1A.* exord. ab incons. diminutisque rer. nat. concepit *B.* — 16. integrisque *D.* — 18. demonstr. *B* memoravimus *Rtth.* — 22. Deum verum rer. *D.* — 25. dubitat *pLNVα.*

vero bonum esse deum ratio demonstrat, ut perfectum quoque in eo bonum esse convincat. Nam ni tale sit, rerum omnium princeps esse non poterit, erit enim eo praestantius aliquid perfectum possidens bonum, quod hoc prius atque antiquius esse videatur: omnia namque perfecta minus integris priora esse claruerunt. Quare ne in infinitum ratio procedat, confitendum est summum deum summi perfectique boni esse plenissimum: sed perfectum bonum veram esse beatitudinem constituimus: veram igitur beatitudinem in summo deo sitam esse necesse est. *B.* Accipio, inquam, nec est quod contradici ullo modo queat. *P.* Sed quaeso, inquit, te, vide quam id sancte atque inviolabiliter probes, quod boni summi summum deum diximus esse plenissimum. *B.* Quonam, inquam, modo? *P.* Ne hunc rerum omnium patrem illud summum bonum, quo plenus esse perhibetur, vel extrinsecus accepisse vel ita naturaliter habere praesumas, quasi habentis dei habitaeque beatitudinis diversam cogites esse substantiam. Nam si extrinsecus acceptum putes, praestantius id quod dederit, eo quod acceperit existimare possis. Sed hunc esse rerum omnium praecellentissimum dignissime confitemur. Quod si natura quidem inest, sed est ratione diversum, cum de rerum principe loquamur deo, fingat qui potest, quis haec diversa coniunxerit? Postremo quod a qualibet re diversum est, id non est illud, a quo intellegitur esse diversum. Quare quod a summo bono diversum est sui natura, id summum bonum non est, quod nefas est de eo cogitare, quo nihil constat esse praestantius. Omnino enim nullius rei natura suo principio melior poterit existere, quare quod omnium principium sit, id etiam sui substantia summum esse bonum verissima ratione concluserim. *B.* Rectissime, inquam. *P.* Sed summum bonum beatitudinem esse concessum est. *B.* Ita est, in-

1. vero *om. C.* — 2. in eo bon.] *ABCDefgHKLNQVall.* bon. in eo [*im?*] *pVα X. Cally. Vulp. etc.* tale ei bonum sit *C.* — 3. omn. rer. *B.* — 7. procedat] *A1BeHQ*[*D?*] *Wolf.* proc. rat. *H* prodeat *Cet.* prod. rat. *α.* confit. esse *X. Vall. e codd.*? [conf. est *etiam Cally*]. — 9. const.... in sum. *om. A.* — 12. nullo *1B.* — 13. vide *om. 1D.* sancte inviolabiliterque *D.* — 15. rer. inquit omn. *Agm.* — 19. cogites *om. C.* subst. *bis scriptum est in C.* — 21. ab eo quod *ABC(D?) mpHKQ.* — 23. ex nat. *C.* quid. aliquid in *B.* est rat. *ABC(D?) RV2. efp HKQ Wolf. Vall.* est *om. Cet. X. Vulp. etc.* — 27. quare.... sum.] *Codd. et edd. vett. omnes X. etc.* quare a summo .... id quod summ. *Helfr.* — 28. non est bon. sum. *B.* bonum *om. m Glar.* eo] *ABCDiHKQNVα Wolf.* deo *Cet. X. etc.* — 30. rei *om. 1B.* —

quam. *P.* Igitur, inquit, deum esse ipsam beatitudinem necesse est confiteri. *B.* Nec propositis, inquam, prioribus refragari queo, et illis hoc inlatum consequens esse perspicio. *P.* Respice, inquit, an hinc quoque idem firmius adprobetur, quod duo summa bona, quae a se diversa sunt, esse non possunt. Etenim quae discrepant bona, non esse alterum quod sit alterum, liquet: quare neutrum poterit esse perfectum, cum alterutri alterum deest, sed quod perfectum non sit, id summum non esse manifestum est: nullo modo igitur quae summa sunt bona, ea possunt esse diversa. Atqui et beatitudinem et deum summum bonum esse conlegimus, quare ipsam necesse est summam esse beatitudinem, quae sit summa divinitas. *B.* Nihil, inquam, nec re ipsa verius nec ratiocinatione firmius nec deo dignius concludi potest. *P.* Super haec, inquit, igitur veluti geometrae solent demonstratis propositis aliquid inferre, quae πορίσματα ipsi vocant, ita ego quoque tibi veluti corollarium dabo. Nam quoniam beatitudinis adeptione fiunt homines beati, beatitudo vero est ipsa divinitas, divinitatis adeptione beatos fieri manifestum est: sed uti iustitiae adeptione iusti, sapientiae sapientes fiunt, ita divinitatem adeptos deos fieri simili ratione necesse est. Omnis igitur beatus deus, sed natura quidem unus, participatione vero nihil prohibet esse quam plurimos. *B.* Et pulcrum, inquam, hoc atque pretiosum, sive πόρισμα sive corollarium vocari mavis. *P.* Atqui hoc quoque pulcrius nihil est, quod his adnectendum esse ratio persuadet. *B.* Quid? inquam. *P.* Cum multa, inquit, beatitudo continere videatur, utrumne haec omnia unum veluti corpus beatitudinis quadam partium varietate coniungant, an sit eorum aliquid, quod beatitudinis substan-

2. inq. prop. *LN Wolf.* — 3. et illis] *ABCDR VII. TII. efgp HKQ Wolf.* et ab ill. *(m?) LNVα X. etc.* et illuc haec inl. *i.* — 6. quae a se *om. C.* sunt] *ACegimpHKQ X. Vulp. etc.* sint *BDf LNVα Vall.* — 7. bona aliud est et hoc bonum et illud bonum unde non hoc bon. et illud non esse alt. quod desit altero liq. *A.* — 9. alteri *Erf.* alter alterum deest *D* alterutri alterutrum *Q.* — 13. colligimus *Wolf. Vulp. etc.* — 14. quae ... div. *om. 1B.* — 15. re hac ... firm. deo (*om.* nec) *Vall.* deo *om. 1B.* — 17. ig. inq. *C.* igit. *om. 1B.* — 18. porismata *ABCD etc.* — 21. vera *A.* beat. fieri] *ABCefgpHKQ Vall.* fieri beat. [*im?*] *LNVα Cally. Vulp. etc.* adept .... man. est *om. 1D.* — 23. sapientes sap. *C.* — 25. deus est *fim.* beat. deus *Cg.* — 26. et pulcr. quidem hoc *Rth.* — 30. multa bona inq. *i* inq. membra virtutum beat. *Bern. cd.* — 31. in unum *V X. Vulp.* — 32. coniungant *X.* —

tiam conpleat, ad hoc vero cetera referantur? *B.* Vellem, inquam, id ipsarum rerum conmemoratione patefaceres. *P.* Nonne, inquit, beatitudinem bonum esse censemus? *B.* Ac summum quidem, inquam. *P.* Addas, inquit, hoc omnibus licet. Nam eadem sufficientia summa est, eadem summa potentia, reverentia quoque, claritas ac voluptas beatitudo esse iudicatur. *B.* Quid igitur? *P.* Haeccine omnia bona, sufficientia, potentia, ceteraque veluti quaedam beatitudinis membra sunt, an ad bonum veluti ad verticem cuncta referuntur? *B.* Intellego, inquam, quid investigandum proponas; sed quid constituas, audire desidero. *P.* Cuius discretionem rei sic accipe. Si haec omnia beatitudinis membra forent, a se quoque invicem discreparent. Haec est enim partium natura, ut unum corpus diversa conponant. Atqui haec omnia idem esse monstrata sunt: minime igitur membra sunt: alioquin ex uno membro beatitudo videbitur esse coniuncta, quod fieri nequit. *B.* Id quidem, inquam, dubium non est: sed id, quod restat, expecto. *P.* Ad bonum vero cetera referri palam est. Idcirco enim sufficientia petitur, quoniam bonum esse iudicatur, idcirco potentia, quoniam id quoque esse creditur bonum: idem de reverentia, claritudine, iocunditate, coniectare licet. Omnium igitur expetendorum summa atque caussa bonum est. Quod enim neque re neque similitudine ullum in se retinet bonum, id expeti nullo modo potest. Contraque etiam, quae natura bona non sunt, tamen si esse videantur, quasi vera bona sint, adpetuntur. Quo fit, ut summa, cardo atque caussa expetendorum omnium bonitas esse iure credatur. Cuius vero caussa quid expetitur, id maxime videtur optari. Veluti si salutis caussa quispiam velit equitare, non tam equitandi motum desiderat, quam salutis effectum. Cum igitur omnia boni gratia petantur, non illa potius quam bonum ipsum desideratur ab omnibus. Sed

3. bonam *A.* — 4. censnimus *gHKQErf.* summam *AB.* — 7. ac] *ABCDefgimpKVall.* et *HLNQVαX.* — 8. bonum *C.* omn. sunt bonum sicut suff. *i.* — 12. Cuius] *ABCDefgimpHetc. Wolf.* Huius *X. etc.* discr. rei] *ABCDfHKQα Vall.* rei discr. *Cet. X. Vulp. etc.* — 14. a *om. NV.* — 16. omn. r̄ae (= ratione) esse *B.* — 21. en. esse suff. *Vall.* [*unde?*]. — 22. est (iudic. *om.*) *A.* esse credatur *Rtth.* — 23. cred. esse *Agp.* — 25. caussa *om. C.* neque re] *Inde usque ad verba* IV, 4.: vera concl. *desunt in C.* — 27. quae et. *A.* 28. tamen etsi *V11 m L Rtth. Vall.* vere *BT1. V1. g.* — 19. sint *om. 1B.* ut] *AB* uti *Cet. X. etc.* summus *A.* — 31. petit. *A* appet. *HKQ.* — 33. desiderantur *DRtth. Wolf.* —

propter quod cetera optantur, beatitudinem esse concessimus: quare sic quoque sola quaeritur beatitudo. Ex quo liquido adparet ipsius boni et beatitudinis unam atque eamdem esse substantiam. *B.* Nihil video, cur dissentire quispiam possit. *P.* Sed deum veramque beatitudinem unum atque idem esse monstravimus. *B.* Ita, inquam. *P.* Secure igitur concludere licet, dei quoque in ipso bono nec usquam alio sitam esse substantiam.

X. Huc omnes pariter venite capti,
Quos fallax ligat inprobis catenis
Terrenas habitans libido mentes.
Haec erit vobis requies laborum,
Hic portus placida manens quiete,
Hoc patens unum miseris asylum.
Non quidquid Tagus aureis arenis
Donat aut Hermus rutilante ripa
Aut Indus calido propinquus orbi
Candidis miscens virides lapillos,
Inlustrant aciem magisque caecos
In suas condunt animos tenebras.
Hoc quidquid placet excitatque mentes,
Infimis tellus aluit cavernis:
Splendor quo regitur vigetque caelum,
Vitat obscuras animae ruinas:
Hanc quisquis poterit notare lucem,
Candidos Phoebi radios negabit.

XI. Adsentior, inquam: cuncta enim firmissimis nexa rationibus constant. *P.* Tum illa, quanti, inquit, aestimabis, si bonum ipsum quid sit, agnoveris? *B.* Infinito, inquam: si quidem mihi pariter deum quoque qui bonum est continget agnoscere. *P.* Atqui hoc verissima, inquit, ratione patefaciam, maneant modo quae paullo

1. censuimus *Aef Bern. cd.* concensuim. *B* concessimus *Cet.* — 3. liquide *ei.* — 5. desentire *B.* — 6. Ita est inq. *eimL.* — 7. securo *ABDRT11.V11.fHKNQV* secure *egimpαX. etc.* itaque concl. *B.* —

X. 1. ven. capti *A* ven. capti par. *B.* — 3. hebetans *R Helmst. 3. Glar. Leyser. Dilher. Londin. 1823.* habit. *Cet.* — 4. Haec] *AB Dg Helmst. 2. Mogunt. 2. HKQ Weber.* hic *efimp LNVα X. etc.* — 6. *Ordo est in B2a 1. manu:* VV. 5. 11.... 15. 6.... 10. — 11. Inlustrent *Af.* — 12. suos *N Helfr.* suas *Cet.* — 18. negaret *Helmst. 3.* rad. tenebit *g.* —

XI. 4. infinito] *ABimpK Bern. cd.* infinitum *L* infiniti *Cet. X. etc.* — 5. contingat *m* contingit *e* contingeret *i.* —

ante conclusa sunt. *B.* Manebunt. *P.* Nonne, inquit, monstravimus ea, quae adpetuntur pluribus, idcirco vera perfectaque bona non esse, quoniam a se invicem discreparent, cumque alteri abesset alterum, plenum absolutumque bonum adferre non posse? Tum autem verum bonum fieri, cum in unam veluti formam atque efficientiam conliguntur, ut quae sufficientia est, eadem sit potentia, reverentia, claritas atque iocunditas: nisi vero unum atque idem omnia sint, nihil habere, quo inter expetenda numerentur. *B.* Demonstratum, inquam, nec dubitari ullo modo potest. *P.* Quae igitur, cum discrepant, minime bona sunt; cum vero unum esse coeperint, bona fiunt: nonne haec ut bona sint, unitatis fieri adeptione contingit? *B.* Ita, inquam, videtur. *P.* Sed omne quod bonum est, boni participatione bonum esse concedis, an minime? *B.* Ita est. *P.* Oportet igitur idem esse unum atque bonum simili ratione concedas: eadem namque substantia est eorum, quorum naturaliter non est diversus effectus. *B.* Negare, inquam, nequeo. *P.* Nostine igitur, inquit, omne quod est, tam diu manere atque subsistere quam diu sit unum, sed interire atque dissolvi pariter atque unum esse destiterit? *B.* Quonam modo? *P.* Ut in animalibus, inquit, cum in unum coeunt ac permanent anima corpusque, id animal vocatur. Cum vero haec unitas utriusque separatione dissolvitur, interire nec iam esse animal liquet. Ipsum quoque corpus cum in una forma membrorum coniunctione permanet, humana visitur species. At si distributae segregataeque partes corporis distraxerint unitatem, desinit esse quod fuerat. Eoque modo percurrenti cetera procul dubio patebit subsistere unumquodque, dum unum est: cum vero unum esse desinit, interire. *B.* Consideranti, inquam, mihi plura, minime aliud videtur. *P.* Estne igitur, inquit, quod in quantum naturaliter agat, relicta subsistendi adpeten-

1. Manebunt.] *AB(D)efgpHKQ* Man. inquam. *im LNVα X. etc.* — 2. adp. plur.] *ABDV2.* app. a plur. *efgimp etc. X. etc.* — 5. autem monstravimus verum *e* fieri dicimus *Rtth.* — 7. coligantur *m.* — 9. quod *T1. V2.* — 10. Demonst. inq.] *ABDHKQ* dem. est inq. *Cel. X. etc.* — 11. non dub. *1B.* — 12. cum vero ... sint *om. D.* cum discr. ... coep. *om. m.* — 14. adept. unit. fieri cont. Ita est inq. *Rtth.* Ita ... vid. *om. B.* — 15. bon. est *Wolf.* — 16. Ita est an min. *D.* est inquam *Bm.* — 23. p. at conmunium esse *B* pariter si un. *e* par. atq. quam *p* par. cum *Glar.* par. postquam *1g Vall.* — 24. in *om. D.* — 27. Et ips. quoq. corp. est *B.* — 29. segregatae *1B.* — 30. fuerit *B.* — 33. interire vis *e* inter. solet *i.* — 35. sustinendi *X. Vulp. etc.* adp. subs. *A.* —

tia, venire ad interitum conruptionemque desideret? *B.* Si animalia, inquam, considerem, quae habent aliquam volendi nolendique naturam, nihil invenio, quod nullis extra cogentibus abiciant manendi intentionem, et ad interitum sponte festinent. Omne namque animal tueri salutem laborat, mortem vero perniciemque devitat. Sed quid de herbis arboribusque, quid de inanimatis omnino consentiam rebus, prorsus dubito. *P.* Atqui non est, quod de hoc quoque possis ambigere, cum herbas atque arbores intuearis, primum sibi convenientibus innasci locis, ubi quantum earum natura queat cito exarescere atque interire non possint. Nam aliae quidem campis, aliae montibus oriuntur, alias ferunt paludes, aliae saxis haerent, aliarum fecundae sunt steriles arenae, quas si in alia quispiam loca transferre conetur, arescant. Sed dat cuique natura quod convenit, et ne, dum manere possunt, intereant, elaborat. Quid, quod omnes, velut in terras ore demerso trahunt alimenta radicibus, ac per medullas robur corticemque diffundunt? Quid, quod mollissimum quodque, sicuti medulla est, interiore semper sede reconditur, extra vero quadam ligni firmitate [tegitur]: ultimus autem cortex adversum caeli intemperiem, quasi mali patiens defensor opponitur? Iam vero quanta est naturae diligentia, ut cuncta semine multiplicato propagentur, quae omnia non modo ad tempus manendi, verum generatim quoque quasi in perpetuum permanendi, veluti quasdam machinas esse quis nesciat? Ea etiam quae inanimata esse creduntur, nonne quod suum est quaeque simili ratione desiderant? Cur enim flammas quidem sursum levitas vehit, terras vero deorsum pondus deprimit, nisi quod haec singulis loca motionesque conveniunt? Porro au-

1. desideretur *B* desiderat *ep.* — 3. nol. volendique *A.* — 4. abiciat .. festinet *Dep Wolf. Vall.* abiciant ... festinent *Cet. omnes.* — 8. inan. reb. omn. cons. *A.* — 9. hoc quoque] *ABDegimp Vall.* quoque *om. fHKLNQVα X. Cally. Vulp. etc.* — 11. earum *om. B.* — 12. possint] *ABDgpHK Glar. Vall.* possit *e* possunt *fim LNQVα X. Vulp. etc.* — 14. alierum *A.* — 15. conatur *mL.* — 17. elaborant *1A* elaboraverint *m.* Quid, quod] *ABD1efgm HKQ Vall. Defend. Wass. ad Sal. Iug. 88.* quid dicam quod *2eip LNVα Glar. Flor. X. Vulp. etc.* dimers. *Afp.* — 20. quid dices quod *g* quid dicam quod *i.* nobilissimum *LNVα.* quidque *T11. V11.* quodq. *Cet. omnes.* — 22. firm. tegitur *X. etc.* teg. *om. ABD V11. T11. egm KLNVα* firm. defenditur *fp* firm. tuetur *i HQ Wolf.* tegitur cort. aut. *2B* — 27. manendi *p.* — 30. Cum en. *HK.* — 31. trahit vehit *A.* premit *m.* —

tem quod cuique consentaneum est, id unumquodque conservat: sicuti ea, quae sunt inimica conrumpunt. Iam vero quae dura sunt ut lapides, adhaerent tenacissime partibus suis, et ne facile dissolvantur resistunt. Quae vero liquentia ut aer atque aqua, facile quidem dividentibus cedunt, sed cito in ea rursus, a quibus sunt abscissa, relabuntur; ignis vero omnem refugit sectionem. Neque nunc nos de voluntariis animae cognoscentis motibus, sed de naturali intentione tractamus. Sicuti est, quod acceptas escas sine cogitatione transigimus, quod in sompno spiritum ducimus nescientes: nam ne in animalibus quidem manendi amor ex animae voluntatibus, verum ex naturae principiis venit. Nam saepe mortem cogentibus caussis, quam natura reformidat, voluntas amplectitur: contraque illud, quo solo mortalium rerum durat diuturnitas, gignendi opus, quod natura semper adpetit, interdum coercet voluntas. Adeo haec sui caritas non ex animali motione, sed ex naturali intentione procedit. Dedit enim providentia creatis a se rebus hanc vel maximam manendi caussam, ut quoad possunt naturaliter manere desiderent: quare nihil est, quod ullo modo queas dubitare, cuncta quae sunt adpetere naturaliter constantiam permanendi, devitare perniciem. *B.* Confiteor, inquam, nunc me indubitato cernere, quae dudum incerta videbantur. *P.* Quod autem, inquit, subsistere ac permanere adpetit, id unum esse desiderat: hoc enim sublato ne esse quidem cuiquam permanebit. *B.* Verum est, inquam. *P.* Omnia igitur, inquit, unum desiderant. *B.* Consensi. *P.* Sed unum id ipsum monstravimus esse, quod bonum est. *B.* Ita quidem. *P.* Cuncta igitur bonum petunt, quod quidem ita describas licet: ipsum bonum esse, quod desideratur ab omnibus. *B.* Nihil, inquam, verius excogitari potest. Nam vel ad nihilum cuncta referuntur, et uno veluti vertice destituta sine rectore fluitabunt, aut si quid est, ad quod universa festinent, id erit omnium

4. dissolventur *B.* — 5. liquent. sunt *g* liquida *i.* — 6. rursus sunt *p.*—7. labuntur *m.* —10. acceptas] *ABDetc. X.etc.* exceptas *Helfr.* cognitione *V 2.* — 11. sompno] *Codd. et edd. vtt. omnes. Vall. Vulp. etc.* summo *X.* — 12. neque *Bfim Rtth. Flor.* madendi *2D.* — 15. reformat *1A* formidat *B.* — 17. semper nat. *A.* — 18. Ideo *L.* — 20. hanc esse max. *p* hanc id est max. *LN.* — 23. dub. queas *A.* — 23. aperire *1D.* — 26. inq. *om. A.* — 27. enim quidem subl. *A.* ne] *A1D X. Vulp. etc.* nec *Cet. Vall.* — 29. cons. inquam *e* concessi *ms. Sitzm.* — 30. un. quidem id *A.* est om. *1Dg.* — 32. desideratur] *AB(D)efgiK* desideretur *Cet. X. etc.* —

summum bonorum. *P.* Et illa, Nimium, inquit, o alumne laetor, ipsam enim mediae veritatis notam mente fixisti, sed in hoc patuit tibi, quod ignorare te paullo ante dicebas. *B.* Quid? inquam. *P.* Quis esset, inquit, rerum omnium finis? Is est enim profecto, quod desideratur ab omnibus, quod quia bonum esse conlegimus, oportet rerum omnium finem bonum esse fateamur.

XI. Quisquis profunda mente vestigat verum
Cupitque nullis ille deviis falli,
In se revolvat intimi lucem visus
Longosque in orbem cogat inflectens motus,
Animumque doceat quidquid extra molitur
Suis retrusum possidere thesauris.
Dudum quod atra texit erroris nubes,
Lucebit ipso perspicacius Phoebo:
Non omne namque mente depulit lumen,
Obliviosam corpus invehens molem.
Haeret profecto semen introrsum veri,
Quod excitatur ventilante doctrina:
Nam cur rogati sponte recta censetis,
Ni mersus alto viveret fomes corde?
Quod si Platonis Musa personat verum,
Quod quisque discit, inmemor recordatur.

XII. Tum ego, Platoni, inquam, vehementer adsentior: nam me horum iam secundo conmemoras. Primum, quod memoriam corporea contagione, dehinc cum maeroris mole pressus amisi. *P.* Tum illa, Si priora, inquit, concessa respicias, ne illud quidem longius aberit, quin recorderis, quod te dudum nescire confessus es. *B.* Quid? inquam. *P.* Quibus, ait illa, gubernaculis mundus regatur. *B.* Memini, inquam, me inscitiam meam fuisse confessum, sed quid adferas, licet iam prospiciam, planius tamen ex te audire desidero. *P.* Mun-

3. dicebas dixisti. Quid *1D.* — 5. Is] *ABDR T2 V11. efgipHK LNQVαWolf. X. Cally.* id *T1. Vulp. etc.* id enim est *Vall.* is *om. m.* —

XI. 2. devius *eg* inde dev. fal. *Glar.* — 6. reclusum *Helm. 1.* — 10. obliviosum *A.* — 11. introrsus *D.* veritatis *A.* — 13. roganti *B.* recte *A.* — 15. Quod si] *ABDefgimp LNVα X. etc.* Qui *HKQ* [Quid *Helfr.?*] personet *DHQ.* —

XII. 4. conpress. *Bern. cd.* priora] *ABDR T11. V11. efgimp Erf. Hsqq. Flor. Wolf.* superiora *X. etc.* — 5. nec *B.* — 7. Ait illa quib. *B.* — 8. inscientiam *Rtth.* — 9. asseras *Wolf.* —

dum, inquit, hunc, deo regi paullo ante minime dubitandum putabas. *B.* Ne nunc quidem arbitror, inquam, nec unquam dubitandum putabo, quibusque in hoc rationibus accedam, breviter exponam. Mundus hic ex tam diversis contrariisque partibus in unam formam minime convenisset, nisi unus esset, qui tam diversa coniungeret, coniuncta vero naturarum ipsa diversitas invicem discors dissociaret atque divelleret, nisi unus esset, qui quod nexuit contineret. Non tam vero certus naturae ordo procederet, nec tam dispositos motus, locis, temporibus, efficientia, spatiis, qualitatibus explicaret, nisi unus esset, qui has mutationum varietates manens ipse disponeret. Hoc quidquid est, quo condita manent atque agitantur, usitato cunctis vocabulo deum nomino. *P.* Tum illa, Cum haec, inquit, ita sentias, parvam mihi restare operam puto, ut felicitatis conpos patriam sospes revisas, sed quae proposuimus intueamur. Nonne in beatitudine sufficientiam numeravimus, deumque beatitudinem ipsam esse consensimus? *B.* Ita quidem. *P.* Et ad mundum igitur, inquit, regendum nullis extrinsecus adminiculis indigebit: alioquin si quo egeat, plenam sufficientiam non habebit. *B.* Id, inquam, ita est necessarium. *P.* Per se igitur solum cuncta disponit. *B.* Negari, inquam, nequit. *P.* Atqui deus ipsum bonum esse monstratus est. *B.* Memini, inquam. *P.* Per bonum igitur cuncta disponit: si quidem per se regit omnia, quem bonum esse consensimus, et hic est veluti quidam clavus atque gubernaculum, quo mundana machina stabilis atque incorrupta servatur. *B.* Vehementer adsentior, inquam, et id te paullo ante dicturam tenui licet suspicione prospexi. *P.* Credo, inquit, iam enim ut arbitror vigilantius ad cernenda vera

1. inq. hunc] *ABDefpHKQ Vall.* mund. hunc inq. *gimLNVα X. Cally. Vulp. etc.* deo] *AB1D V11. pLNV* a deo *efgim HKQα X. etc. Cf.* I, cap. 6. p. 16, 17. — 2. Nec *BgimL Wolf.* — 3. ad hoc *Wolf.* — 5. part. *om. A.* — 8. is unus *m* nexiuit *1B.* — 9. Non vero *A.* nec disp. *B.* — 11. explicarent *DN.* — 12. motionum *Bern. ed.* — 14. cogitantur *Helfr.* — 16. mihi] *ABDefgimp HKLNQVα X. etc.* tibi *Rtth. Cally. Helfr.* — 17. intuamur *1D.* — 19. consensimus] *BDR T11. V11. egp HKQN def. Wass. ad Sal. Jug. 88.* concessimus *fimVα X. etc.* censuimus *A.* — 21. extrinsecis *HKLNVα Wolf. Vall.* extrinsecus *Cet.* extrins. *om. V1. R.* — 22. Ita est id inq. *A.* nec. est *B.* — 23. igit. *om. A.* sol. *om. D.* — 24. inq. non potest *D.* — 25. deum . . . demonstratum *B.* esse bon. *Vall.* — 26. Ipsum bon. (*om.* per) *A.* bonam igit. ipsum cuncta *B.* — 27. consensimus] *ADR V11. T11. egpHKLNQVα* concessim. *Bf(im) X. etc.* — 31. llc. imagine prosp. *Rtth.* —

oculos deducis, sed quod dicam non minus ad contuendum patet. *B.* Quid? inquam. *P.* Cum deus, inquit, omnia bonitatis clavo gubernare iure credatur, eademque omnia sicuti docui ad bonum naturali intentione festinent, num dubitari potest, quin voluntarie regantur, seque ad disponentis nutum veluti convenientia contemperataque rectori sponte convertant? *B.* Ita, inquam, neccesse est: nec beatum regimen esse videretur, si quidem detrectantium iugum foret non obtemperantium salus. *P.* Nihil est igitur, quod naturam servans deo contraire conetur. *B.* Nihil, inquam. *P.* Quid si conetur, ait, num tandem proficiet quidquam adversus eum, quem iure beatitudinis potentissimum esse concessimus? *B.* Prorsus, inquam, nihil valeret. *P.* Non est igitur aliquid, quod summo huic bono vel velit vel possit obsistere. *B.* Non, inquam, arbitror. *P.* Est igitur, inquit, summum bonum, quod cuncta regit fortiter suaviterque disponit. *B.* Tum ego, Quam, inquam, me non modo ea quae conclusa est summa rationum, verum multo magis haec ipsa quibus uteris verba delectant, ut tandem aliquando stultitiam magna lacerantem sui pudeat. *P.* Accepisti, inquit, in fabulis lacessentes caelum Gigantes: sed illos quoque, ut condignum fuit, benigna fortitudo deposuit. Sed visne rationes ipsas invicem conlidamus? forsitan ex huiusmodi conflictatione pulcra quaedam veritatis scintilla dissiliat. *B.* Tuo, inquam, arbitratu. *P.* Deum, inquit, esse omnium potentem nemo dubitaverit. *B.* Qui quidem, inquam, mente consistat, nullus prorsus ambigat. *P.* Qui vero est, inquit, omnium potens, nihil est, quod ille non possit. *B.* Nihil, inquam. *P.* Num igitur deus facere malum potest? *B.* Minime, inquam. *P.* Malum igitur, inquit, nihil est, cum id facere ille non possit, qui nihil non potest. *B.*

1. ad *om. A.* — 5. voluntaria *BRV*ɪɪ. — 7. temper. *Rtth.* — 10. igitur inquit *i.* — 11. quid si] *ADetc. X. etc.* qđ (quod) *Befg Helfr.* qui *K.* — 13. potent. beat. *LNVα Vulp.* concessemus *D.* — 14. valebit *RV*ɪɪ. — 15. bono huic *A.* — 16. Est ergo *B.* — 17. sum. bon. inq. *AWolf. LNVα* summ. inq. bon. *efpKQ.* cuncta reg.] *ADV Glar.* reg. cuncta *Cet. X. etc.* — 18. quam *om. 1BfgiLSitzm. cdd.* — 19. sunt concl. est *B* est *om. LNVα.* — 20. quib. ut. verba] *ABD efgipHKLNQVα Wolf. Vall.* verba quib. uteris *mX. Cally Vulp. etc.* — 21. lacerantem *ABDRT*ɪɪ. *efgipHetc. Wolf.* latrantem *V*ɪɪ. *mX. etc.* — 23. cum dign. *B.* — 24. dispos. *ABDV*ɪɪ. *efgmHsqq.* disponit *p* deposuit *iX. etc.* — 26. dissiliat] *ABDegmpKLNαWolf.* dissiliet *fiHQVX. etc.* — 27. omnipot. (*bis*) *efgipLNVα.* — 29. ambigit *Rtth.* vero *om. B.* — 30. omn. inq. pot. *B.* — 31. fac. deus mal. *B.* —

Ludisne, inquam, me, inextricabilem labyrinthum rationibus texens, quae nunc quidem qua egrediaris, introëas: nunc vero quo introieris, egrediare: an mirabilem quemdam divinae simplicitatis orbem conplicas? Etenim paullo ante a beatitudine incipiens, eam summum bonum esse dicebas, quam in summo deo sitam loquebare: ipsum quoque deum summum esse bonum plenamque beatitudinem disserebas: ex quo neminem beatum fore, nisi qui pariter deus esset, quasi munusculum dabas. Rursus ipsam boni formam, dei ac beatitudinis loquebaris esse substantiam, ipsumque unum id ipsum esse bonum docebas, quod ab omni rerum natura peteretur: deum quoque bonitatis gubernaculis universitatem regere disputabas volentiaque cuncta parere nec ullam mali esse naturam: atque haec nullis extrinsecus sumptis sed altero ex altero fidem trahente insitis domesticisque probationibus explicabas. *P.* Tum illa, Minime, inquit, ludimus, remque omnium maximam dei munere, quem dudum deprecabamur, exegimus. Ea est enim divinae forma substantiae, ut neque in externa dilabatur, nec in se externum aliquid ipsa suscipiat, sed sicut de ea Parmenides ait: *Πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρας ἐναλίγκιον ὄγκῳ*, [rerum orbem mobilem rotat, dum se inmobilem ipsa conservat]. Quod si rationes quoque non extra petitas, sed intra rei quam tractabamus ambitum conlocatas agitavimus, nihil est quod admirere, cum Platone sanciente didiceris, cognatos de quibus loquuntur rebus oportere esse sermones.

1. me inq. *A.* laborinth. *AHKQN.* — 2. quae nunc *ABDetc. Vall.* quo *Wolf. X. Vulp. etc.* — 3. qua intr. *coni. Vall. Vulp.* admir. *AWolf.* an adm. *gp.* — 4. div. felicitatis *Bern. cd.* — 5. ad beatitudinem *B.* — 10. ac *om. B.* — 12. doceb.] *ADRtth. Vall.* diceb. *Cet. XVulp. etc.* ad omnem rer. naturam *LN.* — 14. parere illi nec. *LNVα.* — 15 haec *om. B.* nullu *B* 16. alterum ex alt. *D.* — 17 Tum haec *A.* — 18. lusimus *Rtth.* — 20. neque in se *Rtth.* — 21. aliquid] *ABD egmp Vall.* aliquod *Cet. X. Cally. Vulp. etc.* — 22. παντ. CυPιKλoυC *φεPHC εNAAI: IKTONογκων c. interpret.:* Omnem tu circulo adducis parentem sponte multitudinem (*quae etiam in ceteris codd. et in edd. vett. ext.*) *A. Verba graeca in cet. codd. sive omitt., sive legi non possunt. Ut nos edid. Vall. Cf. Plat. Soph. p.* 244. *E. Vulgo: Πάντ. ἐν κύκλοισι φέρειν ἐναλίγκιον ὄγκον Vulp. etc.* — Orbem .... rotat] *Addunt cdd. et edd. vett. omnes Wolf. Vall., omitt. X. Vulp. etc.* — 27. Plat. sanc.] *Cf. Tim. p.* 29. *B.* — 28. loquuntur] *ABDRVιι. Tιι. etc. Wolf.* loquimur *X. etc.*

XII. Felix qui potuit boni
Fontem visere lucidum,
Felix qui potuit gravis
Terrae solvere vincula.
Quondam funera coniugis
Vates Threicius gemens
Postquam flebilibus modis
Silvas currere, mobiles
Amnes stare coegerat,
Iunxitque intrepidum latus
Saevis cerva leonibus,
Nec visum timuit lepus
Iam cantu placidum canem,
Cum flagrantior intima
Fervor pectoris ureret,
Nec qui cuncta subegerant,
Mulcerent dominum modi,
Inmites superos quaerens
Infernas adiit domos.
Illic blanda sonantibus
Chordis carmina temperans
Quicquid praecipuis deae
Matris fontibus hauserat,
Quod luctus dabat inpotens,
Quod luctum geminans amor
Deflet Taenara conmovens,
Et dulci veniam prece
Umbrarum dominos rogat.
Stupet tergeminus novo
Captus carmine ianitor,
Quae sontes agitant metu
Ultrices scelerum deae,
Iam maestae lacrimis madent.
Non Ixionium caput
Velox praecipitat rota,
Et longa site perditus
Spernit flumina Tantalus;
Vultur dum satur est modis,

XII. 6. trahicis *g* traicius *Helmst. 3.* threic. *Cet.* — V. 11. 12. *om. 1D.* — 13. visam ... placidam *Cd. Martisb. ap. Cort. ad Lucan.* VII, 828. *vv.* 13. 14. *om. 1B.* — 20. illinc *A.* — 22. praecipuum *A.* — 26. Deficiet *Hα.* trenera *ABDfgimHKLNQVα Helm. 2.* trenea *e* tenera *p Ed. Colon. 1589.* Taenara *X. etc.* — 31. mala *Helfr.* — 33. *Ordo in A:* 33. 38. 39. 34...37. 40. — 36. siti *AB2Defgimp Hsqq.* site *1DX. etc.* —

Non traxit Tityi iecur.
Tandem ,vincimur' arbiter
Umbrarum miserans ait:
,Donamus comitem viro
Emptam carmine coniugem:
Sed lex dona coerceat,
Ne, dum Tartara liquerit,
Fas sit lumina flectere.'
Quis legem det amantibus?
Maior lex amor est sibi.
Heu, noctis prope terminos
Orpheus Eurydicen suam
Vidit, perdidit, occidit.
Vos haec fabula respicit,
Quicumque in superum diem
Mentem ducere quaeritis:
Nam qui Tartareum in specus
Victus lumina flexerit,
Quidquid praecipuum trahit,
Perdit dum videt inferos.

LIBER IV.

I. Haec cum Philosophia dignitate vultus et oris gravitate servata leniter suaviterque cecinisset, tum ego, nondum penitus insiti maeroris oblitus intentionem dicere adhuc aliquid parantis abrupi. Et o, inquam, veri praevia luminis, quae usque adhuc tua fudit oratio, cum sui speculatione divina tum tuis rationibus invicta patuerunt; eaque mihi, etsi ob iniuriae dolorem nuper oblita, non tamen antehac prorsus ignorata dixisti. Sed ea ipsa est vel maxima nostri caussa maeroris, quod, cum rerum bonus rector existat, vel esse omnino mala possint vel inpunita praetereant: quod solum quanta dignum sit admiratione, profecto consideras. At huic aliud maius adiungitur: nam inperante florenteque nequitia virtus non solum praemiis caret, verum etiam

39. ticii *ABefV* titii *HKLNQαGlar.* titum *q* tityum *m* tycii *D* Tayi *Helfr.* Tityi *X. etc.* — 42. donam.] *ABDgpHKLNQαVall. Leys.* donemus *RV2. efmV Glar. Weber. X. Vulp. etc.* reddamus *i.* — 46. fas est *LNα.* — 47. dat *egmpHKQ Leys.* — 55. qui *om. 1D.* —

Lib. IV. cap. 1. 4. propar. *B.* — 5. quae an usque *B.* — 6. cum] *A1BDeHKQWolf. Vall.* tum *2B etc. X. Vulp. etc.* suis rat. *Bern. ed.* — 8. antehanc *B* hactenus *V2.* — 11. praetereunt *A.* — 12. perfecte *coni. Sitzm.* consideras] *ABDZemHKQVall.* considera *fgip LNVα. X. Vulp. etc.* — 12. Adhuc *B* Atque huic *Wolf.* —

sceleratorum pedibus subiecta calcatur, et in loco facinorum supplicia luit. Quae fieri in regno scientis omnia, potentis omnia, sed bona tantummodo volentis dei, nemo satis potest nec admirari nec conqueri. *P.* Tum illa, Et esset, inquit, infiniti stuporis omnibusque horribilius monstris, si, uti tu aestimas, in tanti velut patrisfamilias dispositissima domo vilia vasa colerentur, pretiosa sordescerent: sed non ita est. Nam si ea, quae paullo ante conclusa sunt, inconvulsa servantur, ipso, de cuius nunc regno loquimur, auctore cognosces semper quidem potentes esse bonos, malos vero abiectos semper atque inbecilles, nec sine poena unquam esse vitia nec sine praemio virtutes: bonis felicia, malis semper infortunata contingere, multaque id genus quae sopitis querelis firma te soliditate conroborent. Et quoniam verae formam beatitudinis me dudum monstrante vidisti, quo etiam sita sit agnovisti, decursis omnibus quae praetermittere necessarium puto, viam tibi, quae te domum revehat, ostendam. Pennas etiam tuae menti, quibus se in altum tollere possit, adfigam, ut perturbatione depulsa sospes in patriam meo ductu, mea semita, meis etiam vehiculis revertaris.

I. Sunt etenim pennae volucres mihi,
   Quae celsa conscendant poli;
Quas sibi cum velox mens induit,
   Terras perosa despicit,
Aeris inmensi superat globum,
   Nubesque post tergum videt.
Quique agili motu calet aetheris,
   Transcendit ignis verticem,
Donec in astriferas surgat domos

1. in loco] *A[D?] 2BRV2.efgim* in locum *1BZpHKLetc. X.etc.* — 4. dei *om. A.* — 5. illa *om. D.* et *om. A.* est inq. *D.* — 6. estimas *ABDZfgpHKLNQVα Wolf.* extimas *e* exist. [*im?*] *X. etc.* — 9. sunt *om. B.* — 10. nunc *om. A.* deo auct. *B* auct. deo *ei.* — 11. quidem .... semper *om. 1B.* esse bonos] *A2BZgHKα* bonos esse pot. *p* bonos esse, mal. *Cet. X. etc.* — 12. semper *om. Rtth.* — 13. esse virt. *B.* — 15. gen.... conr. *om. Z.* genus haberem quae *D.* conroborarent *D.* — 16. veram beatitudinem *B.* — 18. praetermittere] *ADT11. V1. efgimLNVαWolf. X. Vulp.* praemittere *BZpHKQ Vall. Helfr.* — 19. tibi *om. R.* quae tibi te *Bg.* reveh. et volucrem cursum, stabilem regat ostend. *m.* — 20. possut *1B.* — 22. reveharis *BRV2.* revertaris *Cet. omnes.* —

I. 1. pennas eten. *D* enim *fX. Helfr.* etenim *Cet. omnes.* — 2. conscendunt *V2, fi Helm. 2.* — 6. postergum *B.* —

Phoeboque coniungat vias,
Aut comitetur iter gelidi senis
Miles corusci sideris,
Vel quocumque micans nox pingitur,
Recurrat astri circulum,
Atque ubi iam exhausti fuerit satis,
Polum relinquat extimum,
Dorsaque velocis premat aetheris
Conpos verendi luminis.
Hic regum sceptrum dominus tenet
Orbisque habenas temperat,
Et volucrem currum stabilis regit,
Rerum coruscus arbiter.
Huc te si reducem referat via,
Quam nunc requiris inmemor,
Haec dices, memini, patria est mihi,
Hinc ortus, hic sistam gradum.
Quod si terrarum placeat tibi
Noctem relictam visere,
Quos miseri torvos populi timent,
Cernes tyrannos exules.

II. Tum ego, Papae, inquam, ut magna promittis! nec dubito quin possis efficere: tu modo quem excitaveris, ne moreris. *P.* Primum igitur, inquit, bonis semper adesse potentiam, malos cunctis viribus esse desertos agnoscas licebit, quorum quidem alterum demonstratur ex altero. Nam cum bonum malumque contraria sint, si bonum potens esse constiterit, liquet inbecillitas mali, at si fragilitas clarescat mali, boni firmitas nota est. Sed uti nostrae sententiae fides abundantior sit, alterutro calle procedam, nunc hinc nunc inde proposita confirmans. Duo sunt, quibus omnis humanorum actuum constat effectus: voluntas scilicet ac potestas, quorum si alterum desit, nihil est quod explicari queat. Deficiente etenim voluntate, ne adgreditur quidem quisque quod non vult, at si potestas absit, voluntas frustra sit. Quo fit, ut si quem videas adipisci velle, quod mi-

10. que *om. B.* — 11. gelidum *m.* — 15. exhaustum *ipHLQVα Helmst. 2.* — 16. relinquet *m.* — 19. dom. sceptr. *Leyser.* — 25. est mihi patria *Leyser.* — 26. hic ort. *fim.* —

II. 5. quidem *om. Vall.* ut agn. *g.* — 12. affectus *pHelfr.* — 13. alterum] *ABDZefgpQαWolf.* alterutrum *imHKLNVX. etc.* — 14. nec *2Bfgα.* quisquam *coni. Kinderling.* — 15. aut si *A* ac *fL.* — 16. velle ad. [*im?*] *NVX. Vulp. etc.* ad. velle *Cet. omnes.* —

nime adipiscatur, huic obtinendi quod voluerit, defuisse valentiam dubitare non possis. *B.* Perspicuum est, inquam, nec ullo modo negari potest. *P.* Quem vero effecisse quod voluerit videas, num etiam potuisse dubitabis? *B.* Minime. *P.* Quod vero quisque potest, in eo validus, quod vero non potest, in hoc inbecillis esse censendus est. *B.* Fateor, inquam. *P.* Meministine igitur, inquit, superioribus rationibus esse conlectum, intentionem omnem voluntatis humanae, quae diversis studiis agitur, ad beatitudinem festinare? *B.* Memini, inquam, id quoque esse demonstratum. *P.* Num recordaris beatitudinem ipsum esse bonum, eoque modo cum beatitudo petitur, ab omnibus desiderari bonum? *B.* Minime, inquam, recordor, quoniam id memoriae fixum teneo. *P.* Omnes igitur homines boni pariter ac mali indiscreta intentione ad bonum pervenire nituntur? *B.* Ita, inquam, consequens est. *P.* Sed certum est, adeptione boni bonos fieri. *B.* Certum est. *P.* Adipiscuntur igitur boni, quod adpetunt? *B.* Sic videtur. *P.* Mali vero si adipiscerentur quod adpetunt bonum, mali esse non possent. *B.* Ita est. *P.* Cum igitur utrique bonum petant, sed hi quidem adipiscantur, illi vero minime; num dubium est, bonos quidem potentes esse, qui vero mali sunt, inbecilles? *B.* Quisquis, inquam, dubitat, nec rerum naturam nec consequentiam potest considerare rationum. *P.* Rursus, inquit, si duo sint, quibus idem secundum naturam propositum sit, eorumque unus naturali officio id ipsum agat atque perficiat, alter vero naturale illud officium minime administrare queat, alio vero modo, quam naturae convenit, non quidem inpleat propositum suum, sed imitetur inplentem; quemnam horum valentiorem esse decernis? *B.* Etsi coniecto, inquam, quid velis, planius tamen audire desidero. *P.* Ambulandi, inquit, motum secundum naturam esse hominibus num negabis? *B.* Minime, inquam. *P.* Eiusque rei pedum of-

3. vero inquit eff. *R.* affec. *X.* eff. *Cet., etiam Graff.* — 6. val. est *gim.* — 7. meministi ig. *LWolf.* — 11. illud quoq. *ABDZRT11. V11. fgpK.* id *e*[*im?*] *HLNQVα X. etc.* Non rec. *Q.* — 14. min.] *MargoGlar.:* † max. . memoria *A.* — 18. Cert. est] *AB*[*D?*] *ZegpHKQ* Cert. inquam *R* Cert. est inquam *f* est *om.* [*im?*] *LNVα X. etc.* — 21. possunt *ABZi.* est inquam *A.* — 22. Ig. utr. cum *B.* appetant *fim.* — 23. num] *ABDZipHKNQ* non *efgmLVα X. etc.* — 24. sint *fHKNQα Wolf.* — 26. Rurs. duo sint si inq. *g.* — 27. sunt *B.* — 32. inpl. *om. A11B.* horum *om. B.* — 34. plenius *Erf. gi Wolf.* tam. ex te aud. *egp* tam. ea de te aud. *i.* —

ficium esse naturale num dubitas? *B.* Ne hoc quidem, inquam. *P.* Si quis igitur pedibus incedere valens ambulet, aliusque, cui hoc naturale pedum desit officium, manibus nitens ambulare conetur, quis horum iure valentior existimari potest? *B.* Contexe, inquam, cetera: nam quin naturalis officii potens, eo qui idem nequeat, valentior sit, nullus ambigit. *P.* Sed summum bonum, quod aeque malis bonisque propositum est, boni quidem naturali officio virtutum petunt, mali vero per variam cupiditatem, quod adipiscendi boni naturale officium non est, id ipsum conantur adipisci. An tu aliter existimas? *B.* Minime, inquam, nam etiam, quod est consequens, patet. Ex his enim quae concesseram, bonos quidem potentes, malos vero esse necesse est inbecilles. *P.* Recte, inquit, praecurris: idque, uti medici sperare solent, indicium est erectae iam resistentisque naturae. Sed quoniam te ad intelligendum promptissimum esse conspicio, crebras coacervabo rationes. Vide enim quanta vitiosorum hominum pateat infirmitas, qui ne ad hoc quidem pervenire queunt, ad quod eos naturalis ducit ac pene conpellit intentio. Et quid, si hoc tam magno ac pene invicto praeeuntis naturae desererentur auxilio? Considera vero quanta sceleratos homines habeat inpotentia. Neque enim levia aut ludicra praemia petunt, quae consequi atque obtinere non possunt: sed circa ipsam rerum summam verticemque deficiunt, nec in eo miseris contingit effectus, quod solum dies noctesque moliuntur: in qua re bonorum vires eminent. Sicut enim [eum], qui pedibus incedens ad eum locum usque per-

1. dubitatis *De.* Ne] *ADHKQ X. etc.* nec *Cet.* — 2. ambulat *A.* — 3. natur. offic. esse man. *D.* — 4. iure hor. *Wolf.* nitens sicut parvulos videmus *A.* — 6. qui *Be.* id *A.* neq. quin val. sit *ip.* — 7. ambigat *1B T1. V1. gmL.* ambigit *Cet. omnes.* summ. bon.] *ABDfgimpHetc. Wolf.* summum quidem bon. *e* mire inquam sed sum. quod *Z* sum. inquit bon. *X. etc.* bon. quidem neq. *LNVα.* — 8. est *om. BD Wolf.* — 10. per var. cup.] *ABZ2g* var. per cup. *Cet. X. etc.* varia cupiditate *Erf.* — 11. off. nat. *B.* idem ips. *Zm.* — 12. estim. *A.* — 13. quod et. cons. est *Rtth.* concesserim *DZHK LNVα Wolf.* — 15. praecurr.] *AB* [*D?*] *efgHKLNQVα Wolf. Vall. Vulp.* percur. *ZT11. imp X. Helfr.* — 18. promptum *A.* coaverbabo *A.* — 20. nec *BpHKLNQVα.* queant *Q Mss. Sitzm.* — 22. invicto compellit praeeuntis *Vulgo,* compellit *om. codd. et edd. vett. omnes, Wolf. Vall. Vulp. Helfr. Graff.* — 23. desererentur] *ABDegimp HKLNQα Vall. Helfr.* deseruntur *VGlar.* deserentur *f X. Vulp.* — 25. aut] *ABDZefgpHsqq. Vall.* ac [*im?*] *X. Vulp. etc.* — 28. contingit] *AB* [*D*] *ZfgpH sqq. Vall.* contigit *eimX Vulp. etc.* diebus ac noctibus *Rtth.* — 30. eum *om. A* eum qui *om. D.* —

venire potuisset, quo nihil ulterius pervium iaceret incessui, ambulandi potentissimum esse censeres: ita eum, qui expetendorum finem, quo nihil ultra est, adprehendit, potentissimum necesse est iudices. Ex quo fit, quod huic obiacet, ut iidem scelesti viribus omnibus videantur esse deserti. Cur enim relicta virtute vitia sectantur? inscitiane bonorum? sed quid enervatius ignorantiae caecitate? An sectanda noverunt? sed transversos eos libido praecipitat: sic quoque intemperantia fragiles, qui obluctari vitio nequeunt. An scientes volentesque bonum deserunt, ad vitia deflectunt? Sed hoc modo non solum potentes esse, sed omnino esse desinunt. Nam qui conmunem omnium quae sunt finem relinquunt, pariter quoque esse desistunt. Quod quidem cuipiam mirum forte videatur, ut malos, qui plures hominum sunt, eosdem non esse dicamus: sed ita sese res habet. Nam qui mali sunt, eos malos esse non abnuo: sed eosdem esse pure atque simpliciter nego. Nam uti cadaver hominem mortuum dixeris, simpliciter vero hominem adpellare non possis, ita vitiosos malos quidem esse concesserim, sed esse absolute nequeam confiteri. Est enim quod ordinem retinet servatque naturam: quod vero ab hac deficit, esse etiam, quod in sua natura situm est, derelinquit. Sed possunt, inquies, mali; ne ego quidem negaverim, sed haec eorum potentia non a viribus sed ab inbecillitate descendit. Possunt enim mala, quae minime valerent, si in bonorum efficientia manere potuissent. Quae possibilitas eos evidentius nihil posse demonstrat. Nam si, uti paullo ante conlegimus, malum nihil est, cum mala tantummodo possint, nihil posse inprobos liquet. *B.* Perspicuum est. *P.* Atque ut intellegas, quaenam sit huius potentiae vis, summo bono nihil potentius

1. incesso *V2.* — 4. nec. esse iud. *eLNHelfr.* esse iud. nec. est *m* nec. est *Cet. omn.* — 5. adiac. (*e. gl.:* obi.) *A, Bern. cd.* scel. vir.] *Codd. mei et edd. vett. omn. V2. Mss. Sitzm. Flor. Wolf. Graff.* scel. iidem vir. *X. etc.* — 7. inscia *D.* — 9. quoque int.] *ABDetc. X. etc.* quoq. facit int. *Helfr.* int. ostendit frag. *g* fragiles sunt *LNWolf. Vulp.* — 10. oblectari *X.* [*unde?*] — 11. et ad *Wolf.* deflectunt] *ABDV2. mp Mss. Sitzm. Helfr.* flectuntur *i* deflectuntur *Cet. X. etc.* — 12. desin. esse *A.* — 13. omn. quae sunt comm. *Rtth.* omn. *om. B* — 14. derelinq. *B.* — 15. ut *om. D.* — 16. sunt *om. D.* — 18. ac *Af.* — 24. sua] *AB V2.* [*D?*] *ZfgpHKQ Vall.* sui *eimLNVα X. Vulp. etc.* — 25. ne] *ABZ1gHKQNVα Wolf.* nec *Cet. X. etc.* non . . . negav. *D.* — 31. possint] *ABZefgim HKLNVα X. etc.* possunt *DpHelfr.* poss. *om. Q.* — 32. Persp. est *om. Rtth.* [ ] *Sitzm.* — 33. pot. p. *om.* esse *Vall.*

esse, paullo ante definivimus. *B.* Ita est, inquam. *P.* Sed idem, inquit, facere malum nequit. *B.* Minime. *P.* Est igitur, inquit, aliquis, qui omnia posse homines putet? *B.* Nisi quis insaniat, nemo. *P.* Atqui iidem possunt mala. *B.* Utinam quidem, inquam, non possent! *P.* Cum igitur bonorum tantummodo potens possit omnia, non vero queant omnia potentes etiam malorum, eosdem qui mala possunt minus posse manifestum est. Huc accedit, quod omnem potentiam inter expetenda numerandam omniaque expetenda referri ad bonum velut ad quoddam naturae suae cacumen ostendimus. Sed patrandi sceleris possibilitas referri ad bonum non potest: expetenda igitur non est. Atqui omnis potentia expetenda est: liquet igitur malorum possibilitatem non esse potentiam. Ex quibus omnibus bonorum quidem potentia, malorum vero minime dubitabilis adparet infirmitas, veramque illam Platonis esse sententiam liquet, Solos, quod desiderent, facere posse sapientes, inprobos vero exercere quidem quod libeat, quod vero desiderent, explere non posse. Faciunt enim quaelibet, dum per ea quibus delectantur, id bonum, quod desiderant, se adepturos putant: sed minime adipiscuntur, quoniam ad beatitudinem probra non veniunt.

II. Quos vides sedere celsos
Solii culmine reges,
Purpura claros nitente,
Septos tristibus armis,
Ore torvo comminantes,
Rabie cordis anhelos,
Detrahat si quis superbis
Vani tegmina cultus,
Iam videbit intus artas
Dominos ferre catenas.

1. diffin. *BpLα Wolf. (sic semper).* [Ita est inq. *om. Helfr.*] 2. fac. mal.] *ABgpHKQ Wolf.* mal fac. *Cet. X. etc.* Min. inquam *T1.* — 3. aliq. inq. *A.* omn. qui *B.* — 4. qui ins. *DWolf. Vall.* quis *Cet. omn.* — 6. posset *1A.* — 10. petenda *A* exp. reservare *B.* — 13. Atque *ep.* — 16. mal. quidem min. *B.* — 17. veramque] *ABetc. Wolf. Flor. Vall. Vulp.* veram *X. Helfr.* — 18. desiderant .... desiderant *AimpL Wolf.* desiderarent *V* desiderent *Cet. omnes.* — 20. non posse *B.* — 22. adipiscantur *ep.* —

II. 1. celsos] *AB[D?]mZHKQ Vall.* celso *efgipLNVα X. Vulp. etc.* — 3. nitentes *pQVα.* — 5. *praeced.* 4. *in B.* — 7. detrahit *fVα Helm. 1. Leyser.* retrahit *pL.* — 8. vana *D.* —

Hinc enim libido versat
Avidis corda venenis,
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens,
Maeror aut captos fatigat,
Aut spes lubrica torquet.
Ergo cum caput tot unum
Cernas ferre tyrannos,
Non facit quod optat ipse
Dominis pressus iniquis.

III. Videsne igitur, quanto in coeno probra volvantur, qua probitas luce resplendeat? In quo perspicuum est, numquam bonis praemia, numquam sua sceleribus deesse supplicia. Rerum etenim quae geruntur, illud propter quod unaquaeque res geritur, eiusdem rei praemium esse non iniuria videri potest: uti currenti in stadio, propter quam curritur, iacet praemium corona. Sed beatitudinem esse id ipsum bonum, propter quod omnia geruntur, ostendimus. Est igitur humanis actibus ipsum bonum veluti praemium commune propositum. Atqui hoc a bonis non potest separari. Neque enim bonus ultra iure vocabitur, qui careat bono: quare probos mores sua praemia non relinquunt. Quantumlibet igitur saeviant mali, sapienti tamen corona non decidet, non arescet. Neque enim probis animis proprium decus aliena decerpit inprobitas. Quod si extrinsecus accepto laetaretur, poterat hoc vel alius quispiam, vel ipse etiam, qui contulisset, auferre: sed quoniam id sua cuique probitas confert, tum suo praemio carebit, cum probus esse desierit. Postremo cum omne praemium idcirco adpetatur, quoniam bonum esse creditur, quis boni conpotem praemii iudicet expertem? At cuius praemii? omnium pulcerrimi maximique. Memento etenim corollarii illius, quod paullo ante praeci-

14. fructus *1D.* —
III. 1. sint *c. gl.:* volvantur *A* volv. *om. i.* — 4. [etenim] *ABDZefgipHsqq. Vall.* enim *m X. Vulp. etc.* eten. omnium quae *A.* gerunt *1D.* — 6. ini. non *B.* curr. homini *g.* — 7. propt. quod *D.* — 8. id ipsum] *A[D?]ZefgpLNVα Wolf.* idem ips. [*im?*] *HKQX.etc.* — 11. Atque *A.* — 12. caret *B.* — 13. derelinq. *A.* — 14. Quantum licet *Bern. cd.* — 15. decidat... arescat *e.* bonis anim. *D.* — 18. ipse] *ABD etc. Wolf. Vall.* ille *gi X. Vulp. etc.* etiam *om. B.* afferre *B.* — 19. tunc *B.* — 20. bonus esse *D.* — 21. petatur *A.* — 22. credatur *LNVα.* ind. esse exp. *mRtth.* — 24. enim *cpLNVα X. Vulp. etc.* eten. *Cet. omnes.* coroll. illius] *ABDZegpHKQα Vall.* illius coroll. *fim LNV X. Vulp. etc.* —

puum dedi, ac sic conlige: Cum ipsum bonum beatitudo sit, bonos omnes eo ipso quod boni sint, fieri beatos liquet. Sed qui beati sunt, deos esse convenit; est igitur praemium bonorum, quod nullus deterat dies, nullius minuat potestas, nullius fuscet inprobitas, deos fieri. Quae cum ita sint, de malorum quoque inseparabili poena dubitare sapiens nequeat. Nam cum bonum malumque item poenae atque praemium adversa fronte dissideant, quae in boni praemio videmus accidere, eadem necesse est in mali poena contraria parte respondeant. Sicut igitur probis probitas ipsa fit praemium, ita inprobis nequitia ipsa supplicium est. Iam vero quisquis adficitur poena, malo se adfectum esse non dubitat. Si igitur sese ipsi aestimari velint, possuntne sibi supplicii expertes videri, quos omnium malorum extrema nequitia non adficit modo, verum etiam vehementer inficit? Vide autem ex adversa parte bonorum, quae inprobos poena comitetur. Omne namque quod sit, unum esse ipsumque unum bonum esse paullo ante didicisti, cui consequens est, ut omne quod sit, id etiam bonum esse videatur. Hoc igitur modo, quidquid a bono deficit, esse desistit: quo fit, ut mali desinant esse quod fuerant; sed fuisse homines adhuc ipsa humani corporis reliqua species ostentat: quare versi in malitiam humanam quoque amisere naturam. Sed cum ultra homines quemque provehere sola probitas possit, necesse est, ut quos ab humana conditione deiecit, infra hominis meritum detrudat inprobitas. Evenit igitur, ut quem transformatum vitiis videas, hominem aestimare non possis. Avaritia fervet alienarum opum violentus ereptor? lupi similem dixeris. Ferox atque inquies linguam litigiis exercet? cani conparabis. Insidiator occultus subripuisse fraudibus gaudet? vul-

2. ipso *om. A.* bon. sunt *BgpLNWolf. Glar.* sint *Cet. omnes.* — 4. nulla *A.* — 8. poenae] *ABDZHKQ Vall.* poena *efgimpLNVα X. Vulp. etc.* — 12. ipsa *ante* suppl. *om. Vall.* — 13. se esse aff. *Ap.* — 14. igit. sese *om. D.* estim. *AD.* — 17. infecit *V2.* — 19. fit *X. error typograph.*, ipsum quoque *AQ.* — 24. corp. reliq. sp.] *ABDZetc. Wolf. Vall.* relicta *e Glar.* reliqua *om. X. Vulp. etc.* — 25. conversi *Bim N Erf. Bern. et Berchemii cdd.* — 28. Infra homines merito *Rtth.* detrahat impr. *V.* — 30. estim. *ABDZefpHK Vα Wolf.* — 31. lupi sim.] *ABDZgmHKQα Vall.* sim. lupi *fLNV X. Vulp. etc.* lupo sim. *eipErf.* — 32. inquies] *ADNVall. Wassii cd. quem vd. ad Sal. Fragm.* I, 1. quietus *L.* inquietus *Cet. omnes.* conparabis] *ABDZefgiHKQ Ritth. Vall. etc.* comparabilis *mpLN VαX.* conp. istum *B.* — 33. occultus] *ABDT11. V11. RZetc. Wolf. Flor.* occultis *X. etc.* —

peculis exaequetur. Irae intemperans fremit? leonis animum gestare credatur. Pavidus ac fugax non metuenda formidat? cervis similis habeatur. Segnis ac stupidus torpet? asinum vivit. Levis atque inconstans studia permutat? nihil avibus differt. Foedis inmundisque libidinibus inmergitur? sordidae suis voluptate detinetur. Ita fit, ut qui probitate deserta homo esse desierit, cum in divinam conditionem transire non possit, vertatur in beluam.

III. Vela Neritii ducis
Et vagas pelago rates
Eurus adpulit insulae,
Pulcra qua residens dea
Solis edita semine
Miscet hospitibus novis
Tacta carmine pocula.
Quos ut in varios modos
Vertit herbipotens manus:
Hunc apri facies tegit,
Ille Marmaricus leo
Dente crescit et unguibus:
Hic lupis nuper additus
Flere dum parat, ululat:
Ille tigris ut Indica
Tecta mitis obambulat.
Sed licet variis malis
Numen Arcadis alitis
Obsitum miserans ducem
Peste solverit hospitis:
Iam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant:
Iam sues Cerealia
Glande pabula verterant,
Et nihil manet integrum
Voce, corpore, perditis.

1. adaequatur *gp.* — 2. animam *Z.* — 3. formidans *A.* cervi *B.* — 4. imitatur *c. gl.:* vivit *A.* ac *fLNVα Wolf. X. Vulp. etc.* atque *ABDetc.* — 5. nih. av.] *ABDV1. T11. RZmpHKQ* nih. ab avibus *efgiLNVα Wolf. X. etc.* Foedus *D.* — 6. voluptatibus *Ae.* det. ille *B.* — 7. inprob. *1B.* — 9. beluam *ABHetc.* —

III. 1. naricii (tii) *BZfgim Edd. vett. Wolf. Helm. 2. 3.* miricii *D* Nerit. *Cet.* — 4. quae *N Helfr.* — 7. poc. carm. *A.* — 13. nuper *ABDZetc. Wolf. Leyser.* super *X.* [*u n d e ?*] *etc.* — 16. mirus *Rtth.* — 18. Archad. *A.* — 26. perd. illis *B.* —

Sola mens stabilis super
Monstra quae patitur gemit.
O levem nimium manum
Nec potentia gramina,
Membra quae valeant licet,
Corda vertere non valent!
Intus est hominum vigor
Arce conditus abdita:
Haec venena potentius
Detrahunt hominem sibi
Dira, quae penitus meant,
Nec nocentia corpori
Mentis vulnere saeviunt.

IV. Tum ego, Fateor, inquam, nec iniuria dici video vitiosos, tametsi humani corporis speciem servent, in beluas tamen animorum qualitate mutari: sed quorum atrox scelerataque mens bonorum pernicie saevit, id ipsum eis licere noluissem. *P.* Nec licet, inquit, uti convenienti monstrabitur loco: sed tamen si id ipsum quod eis licere creditur, auferatur, magna ex parte sceleratorum hominum poena relevatur. Etenim, quod incredibile cuiquam forte videatur, infeliciores esse necesse est malos, cum cupita perfecerint, quam si ea quae cupiunt implere non possint. Nam si miserum est voluisse prava, potuisse miserius est, sine quo voluntatis miserae langueret effectus. Itaque cum sua singulis miseria sit, triplici infortunio necesse est urgeantur, quos videas scelus velle, posse, perficere. *B.* Accedo, inquam, sed uti hoc infortunio cito careant, patrandi sceleris possibilitate deserti vehementer exopto. *P.* Carebunt, inquit, ocius, quam vel tu forsitan velis vel illi sese aestiment esse carituros. Neque enim est aliquid in tam brevibus vitae metis ita serum, quod expectare longum inmortalis praesertim animus putet:

39. vulnere *cdd. et edd. vett. omnes. X. Vulp. etc.* ulcere *Vall. num e cdd.?* saev. vuln. *B.* —

IV. 8. relevetur *BipN* relevaretur *e* reveletur *A* relevatur *DZfgmHKLQVα X. etc.* revelatur *Rtth.* — 9. cuiq. forte] *ABD egpHLNQVall.* forte cuiq. *fimVα X. Vulp. etc.* cui forte *ZK.* — 11. possunt *ABpL.* si *om. A, cf. Not. ad II, 1. p. 20, 3.* — 14. nec. est ut *fimα X.* urgeatur *1AD.* — 15. velle *om. A.* velle et posse *Lα Wolf.* velle et posse et perf. *Vulp.* velle posse perf. *Cet. omnes.* — 18. quam tu *Be.* — 19. ipsi *Ap.* extim. *D1g* estiment *ABefimpKLNQV* estimant *ZHα* existiment *X. etc.* — 20. vitae in tam met. brev. *D.* —

quorum magna spes et excelsa facinorum machina repentino atque insperato saepe fine destruitur, quod quidem illis miseriae modum statuit. Nam si nequitia miseros facit, miserior sit necesse est diuturnior nequam: quos infelicissimos esse iudicarem, si non eorum malitiam saltem mors extrema finiret. Etenim si de pravitatis infortunio vera conclusimus, infinitam liquet esse miseriam, quam constat esse aeternam. *B.* Tum ego, Mira quidem, inquam, et concessu difficilis inlatio, sed his ea, quae prius concessa sunt, nimium convenire cognosco. *P.* Recte, inquit, aestimas: sed qui conclusioni accedere durum putat, aequum est vel falsum aliquid praecessisse demonstret vel conlationem propositionum non esse efficacem necessariae conclusionis ostendat: alioquin concessis praecedentibus nihil prorsus est, quod de inlatione caussetur. Nam hoc quoque quod dicam, non minus mirum videatur, sed ex his quae sumpta sunt, aeque est necessarium. *B.* Quidnam? inquam. *P.* Feliciores esse, inquit, inprobos supplicia luentes, quam si eos nulla iustitiae poena coerceat. Neque id nunc molior, quod cuivis veniat in mentem, corrigi ultione pravos mores et ad rectum supplicii terrore deduci, ceteris quoque exemplum esse culpanda fugiendi, sed alio quodam modo infeliciores esse inprobos arbitror inpunitos, tametsi nulla ratio correctionis, nullus respectus habeatur exempli. *B.* Et quis erit, inquam, praeter hos alius modus? *P.* Et illa, Bonos, inquit, esse felices, malos vero miseros nonne concessimus? *B.* Ita est, inquam. *P.* Si igitur, inquit, miseriae cuiuspiam bonum aliquid addatur, nonne felicior est eo, cuius pura ac solitaria sine cuiusquam boni admixtione miseria est? *B.* Sic, inquam, videtur. *P.* Quid si eidem misero, qui cunctis careat bonis, praeter ea, quibus miser est, malum aliud fuerit ad-

7. liquere respondi mis. *RT1.* — 8. const. esse] *ABDeV* esse *om. Z* esse const. *Cet. X. etc.* — 10. ea] *ABCeg X. Vulp. etc.* eam *DZfimpHsqq. Wolf. Vall.* qua *HQ.* — 11. estimas *Codd. et edd. vett. omn.* exist. *X. etc.* — 12. putat] *Codd. et edd. vett. omn. Wolf. Vall.* putet *X. Vulp. etc.* et fals. *C.* — 13. conlocation. *D Bern. ed.* — 14. esse non *A.* — 15. ostendit *C Wolf.* praeced. conc. *C.* — 16. est prors. *C.* — 17. quod modo dic. *D.* — 18. esse nec. *B Erf.* — 19. esse inq.] *ABDGlar.* inq. esse *Cet.* — 21. coherceat *ABCD.* — 22. mores *om. 1C.* et ad res et ad rect. supplicium *C.* — 23. perduci *A.* — 24. esse fug. culp. *fLNα.* — 26. resp. nullus *A.* — 28. nonne conclusimus *Rtth.* — 30. aliquod *L Glar.* — 31. illo *A.* — 34. quibus et mis. *1B.* —

nexum, nonne multo infelicior eo censendus est, cuius infortunium boni participatione relevatur? *B.* Quidni? inquam. *P.* Habent igitur inprobi, cum puniuntur, boni quidem aliquid adnexum poenam ipsam scilicet, quae ratione iustitiae bona est: iidemque cum supplicio carent, inest eis aliquid ulterius mali, ipsa inpunitas, quam iniquitatis merito malum esse confessus es. *B.* Negare non possum. *P.* Multo igitur infeliciores inprobi sunt iniusta inpunitate donati, quam iusta ultione puniti. Sed puniri inprobos iustum, inpunitos vero elabi iniquum esse manifestum est. *B.* Quis id neget? *P.* Sed ne illud quidem, ait, quisquam negabit, bonum esse omne quod iustum est: contraque quod iniustum est malum esse liquet. *B.* Tum ego: Ista quidem consequentia sunt eis, quae paullo ante conclusa sunt. Sed quaeso, inquam, te, nullane animarum supplicia post defunctum morte corpus relinquis? *P.* Et magna quidem, inquit, quorum alia poenali acerbitate alia vero purgatoria clementia exerceri puto: sed nunc de his disserere consilium non est. Id vero hactenus egimus, ut, quae indignissima tibi videbatur malorum potestas, eam nullam esse cognosceres: quosque inpunitos querebare, videres numquam inprobitatis suae carere suppliciis. Licentiam quam cito finiri precabaris nec longam esse disceres: infelicioremque fore, si diuturnior, infelicissimam vero, si esset aeterna: post haec miseriores esse inprobos iniusta inpunitate dimissos, quam iusta ultione punitos. Cui sententiae consequens est, ut tum demum gravioribus suppliciis urgeantur, cum inpuniti esse creduntur. *B* Tum ego, Cum tuas, inquam, rationes considero, nihil dici verius puto. At si ad hominum iudicia revertar, quis ille est, cui haec non credenda modo, sed saltem audienda videantur? *P.* Ita est, inquit illa. Nequeunt enim oculos tenebris adsuetos ad lucem per-

1. illo *A.* — 4. aliq. quid. boni *p.* — 5. idemque *CegpLNVα* itemque *A.* — 6. alterius *ABCDZefgimHKLNQVα Wolf.* ult. *p X. etc.* eis inest *ZLNV Wolf.* eis *om. D.* — 8. inp. ini. *C.* — 9. dampnati *B.* — 10. inp. . . . iniq. *om. B.* — 11. Sed ait nec *Wolf.* — 13. esse liq. Tum] *A2Bf* liq. esse t. *Dip X. Vulp. etc.* liquere esse *Vall.* mal. liquet esse respondi *emLNVα* liquere *CZK* mal. Liquere respondi *gQSitzm.cdd.* Respondi tum ego *1BCZHKα.* — 15. te *om. B.* — 16. corp. morte *B.* — 17. inq. quid. *C.* — 18. poen. ac. alia al. *A.* clem. dei exerc. *2Bg.* — 21. nihil esse *B.* — 24. non long. *C.* — 25. que *et* si *om. B.* — 30. Tum ego inq. *A.* — 31. iud. hom. *DfL.* — 32. haec nec *2B.* non modo non cred. *Wolf.* — 33. saltem aud.] *ABDV11. T11. ZgpHKQ Glar. Vulp.* salt. non aud. *efimLNVα Wolf. X.etc. Helfr.* Ita inq. est illa *C.* — 34. lumen *D.* perpetuae *p.* —

spicuae veritatis attollere similesque avibus sunt, quarum intuitum nox inluminat, dies caecat: dum enim non rerum ordinem, sed suos intuentur adfectus vel licentiam vel inpunitatem scelerum putant esse felicem. Vide autem quid aeterna lex sanciat. Melioribus animum conformaveris, nihil opus est iudice praemium deferente, tu te ipse excellentioribus addidisti: studium ad peiora deflexeris, extra ne quaesieris ultorem, tu te ipse in deteriora trusisti: veluti si vicibus sordidam humum caelumque respicias, cunctis extra cessantibus ipsa cernendi ratione nunc coeno nunc sideribus interesse videaris. At vulgus ista non respicit. Quid igitur? hisne accedamus, quos beluis similes esse monstravimus? Quid, si quis amisso penitus visu, ipsum etiam se habuisse oblivisceretur intuitum, nihilque sibi ad humanam perfectionem deesse arbitraretur, num videntes eadem caecos putaremus? Nam ne illud quidem adquiescent, quod aeque validis rationum nititur firmamentis: infeliciores esse eos, qui faciant, quam qui patiantur iniuriam. *B.* Vellem, inquam, has ipsas audire rationes. *P.* Omnem, inquit, inprobum num supplicio dignum negas? *B.* Minime. *P.* Infelices vero esse, qui sint inprobi, multipliciter liquet. *B.* Ita est, inquam. *P.* Qui igitur supplicio digni sunt, miseros esse non dubitas? *B.* Convenit, inquam. *P.* Si igitur cognitor, ait, resideres, cui supplicium inferendum putares, eine qui fecisset, an qui pertulisset iniuriam? *B.* Nec ambigo, inquam, quin perpesso satisfacerem dolore facientis. *P.* Miserior igitur tibi iniuriae inlator, quam acceptor esse videretur. *B.* Consequitur, inquam. Hinc igitur aliisque de caussis ea radice nitentibus, quod turpitudo suapte

6. an. conf.] *ABDg Vall.* Si mel. an. conform. *Cep* an. si conf. *ZfimHsqq. Wolf. X. Vulp. etc.* confirmav. *f Rtth. Flor.* — 8. stud. ad] *CDZHKQ Vall.* Cum stud. *A* sed si stud. *eip* si stud. *Cet. X. Vulp. etc.* — 9. te *om. Helfr.* trus.] *ABCDgp Rtth.* detrus. *ZefimHsqq. X. etc.* — 11. cessant. *om. 1C.* sceno *epLNVα.* — 12. non resp. ista *B.* — 16. sibi *om. A.* — 17. ead. cum caeco caecos put. Nonne *Wolf.* — 18. nec *Rtth.* adquiescerent *Bern. cd.* — 19. utitur *Helfr.* inf. eos esse *ZgpHKQα.* — 20. faciant] *BCDRZV2. fiHKNQVα* faciunt *AegmpL Wolf. Glar. X. etc.* patiantur] *ABCD RV2. ZfgmHsqq.* patiebantur *p* patiuntur *ei X. etc.* — 23. esse vero *A.* sint] *AC[D?]ZgHKQ Vall.* sunt *Cet. omnes.* — 24. igitur *om. B.* — 25. mis. eos esse *C.* — 28. Non amb. *C.* — 29. dolori *Helfr.* — 31. Hinc] *ACRT1. ZmK Vulp. etc.* hac *BDefgHLNQVα Erf. Flor. Wolf. Vall.* haec *i X.* his *p* igit. *om. A.* et aliis *A* aliis (*om.* que) *Cp.* — 32. vident. *B.* —

natura miseros faciat, adparet, inlatam cuilibet iniuriam non accipientis, sed inferentis esse miseriam. *P.* Atqui nunc, ait, contra faciunt oratores: pro his enim, qui grave quid acerbumque perpessi sunt, miserationem iudicum excitare conantur, cum magis admittentibus iustior miseratio debeatur: quos non ab iratis sed a propitiis potius miserantibusque accusatoribus ad iudicium veluti aegros ad medicum duci oportebat, ut culpae morbos supplicio resecarent: quo pacto defensorum opera vel tota frigeret, vel si prodesse hominibus mallet, in accusationis habitum verteretur. Ipsi quoque inprobi, si eis aliqua rimula virtutem relictam fas esset adspicere, vitiorumque sordes poenarum cruciatibus se depondituros viderent, conpensatione adipiscendae probitatis, nec hos cruciatus esse ducerent defensorumque operam repudiarent ac se totos accusatoribus iudicibusque permitterent. Quo fit, ut apud sapientes nullus prorsus odio locus relinquatur. Nam bonos quis nisi stultissimus oderit? malos vero odisse ratione caret. Nam si, uti corporum languor, ita vitiositas est quidam quasi morbus animorum: cum aegros corpore minime dignos odio sed potius miseratione iudicemus, multo magis non insequendi sed miserandi sunt, quorum mentes omni languore atrocior urget inprobitas.

IV. Quid tantos iuvat excitare motus
Et propria fatum sollicitare manu?
Si mortem petitis, propinquat ipsa
Sponte sua, volucres nec remoratur equos,
Quos serpens, leo, tigris, ursus, aper
Dente petunt, iidem se tamen ense petunt.
An distant quia dissidentque mores,
Iniustas acies et fera bella movent,
Alternisque volunt perire telis?

1. iniur. cuil. *B* cuil. inl. *D.* — 3. agunt orat. *C.* — 4. miser. tum iud. *A.* — 8. et iud. *B.* — 13. vitiosorum *1D.* — 15. hoc *DNVα.* — 16. ducerent] *ABCD V11. HKQ Wolf. Vulp. etc.* dicerent *Cet. Glar. X. etc.* — 17. iudicibus perm. *D.* — 20. si, uti] *AB1C[D?] 1ZgHKQ Vall.* sicuti *Cet. omnes.* — 21. est quid. quasi] *e Rtth.* et quid. quas. *1D* (quidam *om. 2.*) quidem *om. pLNVα* quid. est quasi *Cet. omnes.* — 22. dign. odio *A.* — 23. inseq. sunt sed mis. quor. *A.* —

IV. 3. propinqua *1D.* — 4. nec morat. vol. eq. *D.* — 5. apri coni. *Vall.* — 6. idem *AgQV.* —

Non est iusta satis saevitiae ratio.
Vis aptam meritis vicem referre?
Dilige iure bonos et miseresce malis.

V. Hic ego, video, inquam, quae sit vel felicitas vel miseria in ipsis proborum atque inproborum meritis constituta. Sed in hac ipsa fortuna populari non nihil boni malive inesse perpendo. Neque enim sapientium quisquam exul, inops ignominiosusque esse malit potius, quam pollens opibus, honore reverendus, potentia validus, in sua permanens urbe florere. Sic enim clarius testatiusque sapientiae tractatur officium, cum in contingentes populos regentium quodam modo beatitudo transfunditur, cum praesertim carcer, lex, ceteraque legalium tormenta poenarum perniciosis potius civibus, propter quos etiam constituta sunt, debeantur. Cur haec igitur versa vice mutentur scelerumque supplicia bonos premant, praemia virtutum mali rapiant, vehementer admiror; quaeque tam iniustae confusionis ratio videatur, ex te scire desidero. Minus etenim mirarer, si misceri omnia fortuitis casibus crederem. Nunc stuporem meum deus rector exaggerat, qui cum saepe bonis iocunda, malis aspera, contraque bonis dura tribuat, malis optata concedat; nisi caussa deprehendatur, quid est quod a fortuitis casibus differre videatur? *P.* Nec mirum, inquit, si quid ordinis ignorata ratione temerarium confusumque credatur. Sed tu quamvis caussam tantae dispositionis ignores, tamen quoniam bonus mundum rector temperat, recte fieri cuncta ne dubites.

V. Si quis Arcturi sidera nescit
Propinqua summo cardine labi,
Cur legat tardus plaustra Bootes,
Mergatque seras aequore flammas,

10. ista *1D.* — 12. miserere *Helm. 2. 3.* —

V. 1. Sic *B.* — 4. sapientium] *ABCD* sapientum *Cet. omnes.* — 6. pollensque *D.* — 7. Sicut *B.* — 8. tract. offic. sap. *LN.* — 10. lex] *Codd. et edd. vett. omnes, X. etc.* nexus *Vulp. etc.* — 12. constitutae *ACHKQ.* — 14. mali recipiant *e.* — 16. etenim] *ABCDetc.* enim *X. Vulp. etc.* — 17. cas. viderem *Rtth.* — 19. ioc. tribuat *Helfr. Cet. omnes* trib. *om.* — 20. deprehenditur *A1Bgp.* — 24. quoniam *om. D.* — 25. n̄ dub. *A.* cuncta cura (*om.* ne dub.) *B.* —

V. 3. regat *Coni. Sitzm., Cally.* [*gl. A:* conligat]. boetes *recc. edd.* —

Cum nimis celeres explicet ortus,
Legem stupebit aetheris alti.
Palleant plenae cornua lunae
Infecta metis noctis opacae,
Quaeque fulgenti texerat ore
Confusa Phoebe, detegat astra.
Conmovet gentes publicus error,
Lassantque crebris pulsibus aera.
Nemo miratur flamina Cori
Litus frementi tundere fluctu,
Nec nivis duram frigore molem
Fervente Phoebi solvier aestu.
Hic enim caussas cernere promptum est:
Illic latentes pectora turbant
Cuncta, quae rara provehit aetas,
Stupetque subitis mobile vulgus.
Cedat inscitiae nubilus error,
Cessent profecto mira videri.

VI. Ita est, inquam; sed cum tui muneris sit latentium rerum caussas evolvere velatasque caligine explicare rationes, quaeso uti, quae hinc decernas, quoniam hoc me miraculum maxime perturbat, edisseras. *P.* Tum illa paullisper adridens, Ad rem me, inquit, omnium quaesitu maximam vocas, cui vix exhausti quidquam satis sit. Talis namque materia est, ut una dubitatione succisa innumerabiles aliae velut hydrae capita succrescant: nec ullus fuerit modus, nisi quis eas vivacissimo mentis igne coerceat. In hac enim de providentiae simplicitate, de fati serie, de repentinis casibus, de cognitione ac praedestinatione divina, de arbitrii libertate quaeri solet: quae quanti oneris sint, ipse perpendis. Sed quoniam haec quoque te nosse quaedam medicinae tuae portio est, quamquam angusto limite temporis septi, tamen aliquid deliberare conabimur. Quod

5. explicit *D.* — 7. pallent *D.* — 9. traxerat *1D.* — 13. chori *AB.* — 16. fervente] *ACZgimHKQ Vall.* ferventi *Cet. omn.* — 19. cunctaque quae *D.* raro *A.* — 21. insciti *Cally.* — 22. cessant *eip.* —

VI. 3. uti quae .... hoc] *ACDLN* uti hinc dec. et quon. hoc *B etc. X. sqq.* et *om. V.* — 6. quidq. exh. *A.* — 7. satis est *C Wolf. Glar.* — 8. id re cap. *Aegp.* — 10. de *om. D.* — 12. de praed. *A.* — 13. tu ipse *BiL.* perpendas *ep.* — 16. deliberare *Codd. et edd. vett. omnes* (*gl. A:* i. e. excogitare de his. i. disserere) *X. He'fr.* delibare *Vall. etc.* —

si de musici carminis oblectamenta delectant, hanc oportet paullisper differas voluptatem, dum nexas sibi ordine contexo rationes. *B.* Ut libet, inquam. *P.* Tum velut ab alio orsa principio, ita disseruit: Omnium generatio rerum cunctusque mutabilium naturarum progressus et quidquid aliquo movetur modo, caussas, ordinem, formas ex divinae mentis stabilitate sortitur. Haec in suae simplicitatis arce conposita multiplicem rebus gerendis modum statuit: qui modus cum in ipsa divinae intellegentiae puritate conspicitur, *providentia* nominatur: cum vero ad ea quae movet atque disponit refertur, *fatum* a veteribus adpellatum est: quae diversa esse facile liquebit, si quis utriusque vim mente conspexerit. Nam providentia est illa ipsa divina ratio in summo omnium principe constituta, quae cuncta disponit: fatum vero inhaerens rebus mobilibus dispositio, per quam providentia suis quaeque nectit ordinibus. Providentia namque cuncta pariter, quamvis diversa, quamvis infinita, conplectitur: fatum vero singula digerit in motum, locis, formis ac temporibus distributa, ut haec temporalis ordinis explicatio in divinae mentis adunata prospectu providentia sit, eadem vero adunatio digesta atque explicata temporibus fatum vocetur. Quae licet diversa sint, alterum tamen pendet ex altero. Ordo namque fatalis ex providentiae simplicitate procedit. Sicut enim artifex faciendae rei formam mente percipiens movet operis effectum, et quod simpliciter praesentarieque prospexit, per temporales ordines ducit: ita deus providentia quidem singulariter stabiliterque facienda disponit: fato vero haec ipsa quae disposuit multipliciter ac temporaliter administrat. Sive igitur famulantibus quibusdam providentiae divinis spiritibus fatum exercetur, seu anima seu tota inserviente natura seu caelestibus siderum motibus seu angelica virtute seu daemonum varia sollertia seu aliquibus horum seu omnibus fatalis series texitur: illud certe manifestum est, inmobilem simplicemque gerendarum for-

2. tibi *Codd. Sitzm. Helfr.* — 3. Tunc *ABCZeHKQ* tum *DfgimpLNVα X. etc.* — 4. geratio *D.* — 5. mirabilium *Erf.* — 6. alio mov. *A* quodam mov. *B.* caussam *C.* — 8. posita *A Glar.* multipl. haec *1D.* gerend. reb. *A* regendis *B.* — 14. illa *om. B.* ipsa illa *CZfHKsqq. Wolf.* illa ipsa *Cet. omn.* — 17. nectit] *ABCDetc. X. etc.* connectit *Helfr.* — 20. inmotum *ABT2. g* in motu *T1. RL Wolf.* in motum *Cet. omnes.* — 28. prospexit] *AB* prospexerit *CD* prospexerat *Cet. omnes.* — 30. fatum vero *Bern. ed.* — 31. disponit *gLαGlar.* — 33. exerceatur *ABLVα.* — 34. sydera *D.* —

mam rerum esse providentiam, fatum vero eorum, quae divina simplicitas gerenda disposuit, mobilem nexum atque ordinem temporalem. Quo fit, ut omnia quae fato subsunt, providentiae quoque subiecta sint, cui ipsum etiam subiacet fatum: quaedam vero, quae sub providentia locata sunt, fati seriem superent. Ea vero sunt, quae primae propinqua divinitati stabiliter fixa fatalis ordinem mobilitatis excedunt. Nam ut orbium circa eumdem cardinem sese vertentium, qui est intimus, ad simplicitatem medietatis accedit, ceterorumque extra locatorum veluti cardo quidam, circa quem versentur, existit; extimus vero maiore ambitu rotatus, quanto a puncti media individuitate discedit, tanto amplioribus spatiis explicatur: si quid vero illi se medio connectat et societ, in simplicitatem cogitur diffundique ac diffluere cessat. Simili ratione quod longius a prima mente discedit, maioribus fati nexibus inplicatur, ac tanto aliquid fato liberum est, quanto illum rerum cardinem vicinius petit. Quod si supernae mentis haeserit firmitati, motu carens fati quoque supergreditur necessitatem. Igitur uti est ad intellectum ratiocinatio, ad id quod est, id quod gignitur, ad aeternitatem tempus, ad punctum medium circulus: ita est fati series mobilis ad providentiae stabilem simplicitatem. Ea series caelum ac sidera movet, elementa in se invicem temperat et alterna conmutatione transformat: eadem nascentia occidentiaque omnia per similes fetuum seminumque renovat progressus. Haec actus etiam fortunasque hominum indissolubili caussarum connexione constringit, quae cum ab inmobilis providentiae proficiscatur exordiis, ipsam quoque inmutabilem esse necesse est. Ita enim res optime reguntur, si manens in divina mente simplicitas indeclinabilem caussarum ordinem promat: hic vero ordo res mutabiles et alioquin temere fluituras propria inconmutabilitate coerceat. Quo fit, ut tametsi vobis hunc ordinem minime consi-

2. gerenda disp.] *ABCDetc.HKQVall.* ger. esse disp. *LNVα. X. etc.* — 5. etiam subs. ips. *C* etiam ips. *epL Wolf.* — 6. superent] *ABCef Vall. Wolf.* superant *Cet. omn.* — 9. eamdem *A.* — 11. que *C.* — 14. se illi *A.* — 16. cesset *C.* — 21. rationatio *AB* ratiocinatio *D.* — 23. punctum] *Codd. et edd. vett. omnes, Wolf. Flor.* puncti *X.etc.* — 25. inv. in se *C.* — 26. mutatione *C.* — 28. revocat *Rtth.* fortunamque *D.* — 30. immobilibus *Wolf.* — 31. proficiscatur] *ABCDZfgp Wolf.* proficiscantur *Cet. omnes.* — 31. ipsam . . . inmutab.] *ABCDef Wolf.* ipsas . . . inmutabiles *Cet. omn.* —

derare valentibus confusa omnia perturbataque videantur, nihilo minus tamen suus modus ad bonum dirigens cuncta disponat. Nihil est enim quod mali caussa ne ab ipsis quidem inprobis fiat: quos, ut uberrime demonstratum est, bonum quaerentes pravus error avertit, ne dum ordo de summi boni cardine proficiscens a suo quoquam deflectat exordio. Quae vero, inquies, potest ulla iniquior esse confusio, quam ut bonis tum adversa tum prospera, malis etiam tum optata tum odiosa contingant? Num igitur ea mentis integritate homines degunt, ut quos probos inprobosve censuerint, eos quoque, uti existimant, esse necesse sit? Atqui in hoc hominum iudicia depugnant, et quos alii praemio, alii supplicio dignos arbitrantur. Sed concedamus, ut aliquis possit bonos malosque discernere. Num igitur poterit intueri illam intimam temperiem, velut in corporibus dici solet, animorum? Non enim dissimile est miraculum nescienti, cur sanis corporibus, his quidem dulcia, illis vero amara conveniant: cur aegri etiam quidam lenibus, quidam vero acribus adiuventur. At hoc medicus, qui sanitatis ipsius atque aegritudinis modum temperamentumque dinoscit, minime miratur. Quid vero aliud animorum salus videtur esse, quam probitas? quid aegritudo, quam vitia? Quis autem alius vel servator bonorum vel malorum depulsor, quam rector ac medicator mentium deus? Qui, cum ex alta providentiae specula respexerit, quid unicuique conveniat, agnoscit, et quod convenire novit accommodat. Hinc iam fit illud fatalis ordinis insigne miraculum, cum ab sciente geritur quod stupeant ignorantes. Nam ut pauca, quae ratio valet humana, de divina profunditate perstringam, de hoc, quem tu iustissimum et aequi servantissimum putas, omnia

3. disponit *CfgLNVα.* ne] *AB1D Vall.* nec *Cet. omn.* — 5. devius error *D.* — 6. summo *AHKQ.* — 7. quoquam] *T11. V2. ABCD RZeiKQ Bern. ed., om. p,* quoque *gH* quemquam *fmLNVα. X. etc.* — 8. iniq. *om. 1A.* — 11. consuerint *LNV* consuerunt *V2.* — 12. estimant *A Wolf.* — 13. repugn. *2Di.* — 15. poss. aliq. *C.* malosque] *ABDZepHKQα* malosve *Cet.* — 20. etiam aegri *D.* len. *om. B* levibus *iLN.* adiuventur] *ABC[D]eg* iuventur *i* adiuvantur *Cet. omn.* — 23. aliud anim.] *ABC[D]ZpHKQα Vall.* anim. aliud *Cet.* — 25. alius aut. *1A.* enim al. *fNGlar.* vel *om. Ae.* bonorum malorumve dep. *A.* — 26. moderatur *B[D]mp Helfr.* mediator *eV* medicator *ACZfgiHKLNQα X. etc.* — 27. respex.] *ABN* respexit *DRV2. e Nor. I. Rtth.* respicit *Cet. omnes.* — 30. ab] *ABCD* a *Cet.* sciente dō *A2B.* — 31. val. rat. hum. *fgLN.* — 32. de divinitate perst. *D.* —

scienti providentiae diversum videtur. Et victricem quidem caussam diis, victam vero Catoni placuisse familiaris noster Lucanus admonuit. Hic igitur quidquid citra spem videas geri, rebus rectus quidem ordo est, opinioni vero tuae perversa confusio. Sed sit aliquis ita bene moratus, ut de eo divinum iudicium pariter humanumque consentiat, sed est animi viribus infirmus: cui si quid eveniat adversi, desinet colere forsitan innocentiam, per quam non potuit retinere fortunam. Parcit itaque sapiens dispensatio ei, quem deteriorem facere possit adversitas, ne cui non convenit laborare patiatur. Est alius cunctis virtutibus absolutus sanctusque ac deo proximus, hunc contingi quibuslibet adversis nefas providentia iudicat, adeo, ut ne corporeis quidem morbis agitari sinat. Nam ut quidam me quoque excellentior [ait], *Ἀνδρὸς δ' ἱροῦ σῶμ' αἴθηρ ἐξοικοδόμησεν.* Fit autem saepe, uti bonis summa rerum regenda deferatur, ut exuberans retundatur inprobitas. Aliis mixta quaedam pro animorum qualitate distribuit: quosdam remordet, ne longa felicitate luxurient: alios duris agitari, ut virtutes animi patientiae usu atque exercitatione confirment. Alii plus aequo metuunt, quod ferre possunt: alii plus aequo despiciunt, quod ferre non possunt: hos in experimentum sui tristibus ducit. Nonnulli venerandum saeculi nomen gloriosae pretio mortis emerunt: quidam suppliciis inexpugnabiles exemplum ceteris praetulerunt, invictam malis esse virtutem: quae quam recte

2. vinctam *AB.* vero *om A.* — 3. Lucan.] *Cf. Phars. I, 126sqq.* — 4. rect. quidem] *ABC[D]* quid. rect. *Cet. omnes.* — 6. par. et hum. *A* pariterque humanum *B.* — 7. anima infirma vir. *D.* — 10. divina dispens. sap. *B.* — 11. posset *B.* nec *B.* — 12. viribus absol. *C.* — 15. ne] *A et edd. vett. X. etc.* nec *Cet.* corporeis] *ABC ZefgimpH sqq. X. etc.* corporibus *D* corporis *Helfr.* — 16. ait *om. 1ACD.* Ἀνδρὸς .... ἐξοικ.] *Vall. coni.* *ΑΝΔΡΟC. ΔΗΤε. ΡΟΤ. ΔΑΤΘεΡεC. ΟΙΚΟΔΟΜΗCΑΝ Α T2. V2. ΑΝΔΡΟC ΔΗΤΕΡΟΤ ΔΑΤΝΑ ΑΙΘΕΡΕCΟΙΚΟΔΗCΑΝ T1.* Andros de ieras daumasa aliteres icodomeson *Graffii cd.* Ana aim pec anii epen aate akodoancan *e. Verba graeca in BCetc. legi non possunt. Interpretatio edd. ABCD est:* viri autem sancti corpus aedificaverunt virtutes ∞ *Edd. vett.* Virtutem socerdotalis verus non laborat, sti viri corpora autem etc. *LN* *Ἀνδρὸς ἱεροῦ σῶμα δυνάμεις οἰκοδομοῦσι* *X. etc.* — 18. regenda] *AB[D] V1. T11. ZefgpHKQVα* gerendo *C* gerenda *imLNX.etc.* — 21. durius *Rtth.* agit. ut] *Codd. mei et edd. vett., solus p:* ag. sinit. *quod recep. X. etc.* ag. patitur *Wolf.* ag. permittit *2D. Rtth.* agitat *Bern. cd.* — 22. Alii pl. aequo desp.... poss., al.... ferre poss. *C.* — 26. preconio *Bern. cd.* — 27. supplicio *A.* praetulere *A.* — 28. inv. a malis *D.* —

atque disposite et ex eorum bono, quibus accidere videntur, fiant, nulla dubitatio est. Nam illud quoque, quod inprobis nunc tristia nunc optata proveniunt, ex eisdem ducitur caussis: ac de tristibus quidem nemo miratur, quod eos male meritos omnes existimant: quorum quidem supplicia, tum ceteros ab sceleribus deterrent, tum ipsos quibus invehuntur emendant: laeta vero magnum bonis argumentum loquuntur, quid de huiusmodi felicitate debeant iudicare, quam famulari saepe inprobis cernant. In qua re illud etiam dispensari credo, quod est forsitan alicuius tam praeceps atque inportuna natura, ut eum in scelera potius exacerbare possit rei familiaris inopia: huius morbo providentia conlatae pecuniae remedio medetur. Hic foedatam probris conscientiam spectans et se cum fortuna sua conparans forsitan pertimescit, ne cuius ei iocundus usus est, sit tristis amissio. Mutabit igitur mores ac dum fortunam metuit amittere, nequitiam derelinquit. Alios in cladem meritam praecipitavit indigne aucta felicitas: quibusdam permissum puniendi ius, ut exercitii bonis et malis esset caussa supplicii. Nam ut probis atque inprobis nullum foedus est, ita ipsi inter se inprobi nequeunt convenire. Quidni? cum a semet ipsis discerpentibus conscientiam vitiis quique dissentiant faciantque saepe, quae cum gesserint, non fuisse gerenda decernant? Ex quo saepe summa illa providentia protulit insigne miraculum, ut malos mali bonos facerent. Nam dum iniqua sibi a pessimis quidam perpeti videntur, noxiorum odio flagrantes ad virtutis frugem rediere, dum se eis dissimiles student esse quos oderant. Sola est enim divina vis, cui mala quoque bona sunt, cum eis conpetenter utendo alicuius boni elicit effectum. Ordo enim quidam cuncta

4. nemo quid. *A.* — 6. a scel. *Be.* — 8 locuntur *A.* — 9. familiarem *Rtth.* — 10. cernent *AC.* etiam *om. A.* — 11. est *om. DKL NQα.* — 12. nat. est *LNVα.* in *om. 1D.* — 15. expectans *CR V11. T11.* spectans *Cet. omn.* fortunam suam *i Edd. rett., X. Vulp. etc.* — 16. cuius ei] *ABCDZefimpH sqq. Flor. Vall.* eius cuius ei (rei?) *g* rei cuius *X. Vulp. etc.* fiat *Wolf.* — 18. mittere *om. 1D.* — 19. derelinquet *Wolf.* — 20. acta *e Vall. Wolf. Helfr.* — 21. exercitium *2BHKLNQVα.* bonis ... suppl. *om. B.* — 24. discerp. vel discrepantibus *e.* quique dissentiant] *BDefgiLNVα X. etc.* quisque dissentiat *ACRZ T11. V11. mpHKQ.* — 26. decernunt *e* discernant *iQ* decernam *X.* — 28. quaedam *D.* — 30. redire *C.* esse stud. *A.* — 32. sunt] *ABDgimpLN Glar.* sint *Cet. omnes.* —

conplectitur, ut quod ab signata ordinis ratione decesserit, hoc licet in alium, tamen [in] ordinem relabatur, ne quid in regno providentiae liceat temeritati. Ἀργαλέον δέ με ταῦτα θεὸν ὥς πάντ' ἀγορεύειν. Neque enim fas est homini cunctas divinae operae machinas vel ingenio conprehendere vel explicare sermone. Hoc tantum prospexisse sufficiat, quod naturarum omnium proditor deus idem ad bonum dirigens cuncta disponit: dumque ea quae protulit in sui similitudine retinere festinat, malum omne de reipublicae suae terminis per fatalis seriem necessitatis eliminat. Quo fit, ut quae in terris abundare creduntur, si disponentem providentiam spectes, nihil usquam mali esse perpendas. Sed video te iam dudum et pondere quaestionis oneratum et rationis prolixitate fatigatum aliquam carminis expectare dulcedinem: accipe igitur haustum, quo refectus firmior in ulteriora contendas.

VI. Si vis celsi iura tonantis
Pura sollers cernere mente,
Adspice summi culmina caeli.
Illic iusto foedere rerum
Veterem servant sidera pacem:
Non sol rutilo concitus igne
Gelidum Phoebes inpedit axem,
Nec quae summo vertice mundi
Flectit rapidos Ursa meatus,
Numquam occiduo lota profundo,
Cetera cernens sidera mergi,
Cupit Oceano tingere flammas.
Semper vicibus temporis aequis

1. signata] *ABDV* signati *R* a designata *mpNErf.* sub assign. *e* ab adsignata *Cet. X. etc.* ab assignati *coni. Vall.* decess.] *ACD T11. V2. efpNV* dicess. *B* disc. *Cet. X. etc.* — 2. hoc lic.] *ABCD etc. Vall.* hoc idem lic. *Vulp. etc.* tamen *om. A.* in *om. ABCDetc.* — 4. *ΘΕΟΝωC ΤΟΡεΥεΙΝΠΑΝΤΑsq. A.* *Αϱγαλ. δε μετα υτα ϑεου ὥς πετατο ϱευειν C c. interp.* fortissimus in mundo deus cuncta peregit, *quae etiam in edd. sec. XV. ext.. Cf. Hom. Il.* μ, 176. — 5. divini operis *p X. etc.* divinae operae *Cet. omn.* — 7. perspex. *i.* — 9. disponat *Edd. vett. Wolf. X. Vulp. etc.* quae *om. 1C.* similitudine] *ABC(D)gL Wolf.* similitudinem *Cet. omn.* — 11. eliminet *BCZpHKNQ Wolf. Rtth.* — 13. esse mali *A* esse *om. B.* — 14. te iam dud.] *ABCDZegipHKQ* iam dudum te *fmLNVα X. etc.* — 16. accipit *1D.* — 17. conscendas *2Ce.* —

VI. 1. celsi *om. A* celsa *HQ.* — 4. illic *B(D?)etc. X. etc.* illuc *AC Vulp. etc.* — 5. servent *D.* — 7. Phoebus *Helfr.* — 8. vert caeli *Helm. 2.* — 12. tinguere *ABCRT11.* figere *m.* —

Vesper seras nuntiat umbras,
Revehitque diem Lucifer almum.
Sic aeternos reficit cursus
Alternus amor, sic astrigeris
Bellum discors exulat oris.
Haec concordia temperat aequis
Elementa modis, ut pugnantia
Vicibus cedant humida siccis
Iungantque fidem frigora flammis,
Pendulus ignis surgat in altum,
Terraeque graves pondere sidant.
His de caussis vere tepente
Spirat florifer annus odores,
Aestas Cererem fervida siccat,
Remeat pomis gravis auctumnus,
Hiemem defluus inrigat imber.
Haec temperies alit ac profert
Quidquid vitam spirat in orbe:
Eadem rapiens condit et aufert
Obitu mergens orta supremo.
Sedet interea conditor altus
Rerumque regens flectit habenas,
Rex et dominus, fons et origo,
Lex et sapiens arbiter aequi,
Et quae motu concitat ire,
Sistit retrahens ac vaga firmat.
Nam nisi rectos revocans itus
Flexos iterum cogat in orbes,
Quae nunc stabilis continet ordo,
Dissepta suo fonte fatiscant.
Hic est cunctis communis amor,
Repetuntque boni fine teneri,
Quia non aliter durare queant,
Nisi converso rursus amore
Refluant caussae, quae dedit esse.

VII. Iamne igitur vides, quid haec omnia, quae diximus, consequatur? *B.* Quidnam? inquam. *P.* Omnem,

16. altern. *D.* — 17. astriferis *Helm. 2.* — 25. His de] *ABCDm* Iisdem *Vulp.* hisdem *Cet. omn.* tepente *B* tepenti *Cet. X. etc.* — 26. floriger *D.* — 28. grav. pomis *A.* — 32. repetens *A* (*c. gl.:* rapiens) *eg.* — 38. concitet *D.* — 43. discepta *B.* — 44. ardor *Helm. 1.* — 45. repetunt quae *C.* — 46. queunt *V2. N Vall. Leyser.* queant dur. *ABCD.* —

VII. 1. Itane (am) *A.* —

inquit, bonam prorsus esse fortunam. *B.* Et qui, in quam, fieri potest? *P.* Attende, inquit, cum omnis fortuna vel iocunda vel aspera, tum remunerandi exercendive bonos, tum puniendi conrigendive inprobos caussa deferatur, omnis bona, quam vel iustam constat esse vel utilem. *B.* Nimis quidem, inquam, vera ratio est, et, si quam paullo ante docuisti providentiam fatumve considerem, firmis viribus nixa sententia. Sed eam, si placet, inter eas quas inopinabiles paullo ante posuisti, numeremus. *P.* Qui? inquit. *B.* Quia id hominum sermo conmunis usurpat, et quidem crebro quorumdam malam esse fortunam. *P.* Visne igitur, inquit, paullisper vulgi sermonibus accedamus, ne nimium velut ab humanitatis usu recessisse videamur? *B.* Ut placet, inquam. *P.* Nonne igitur bonum censes esse, quod prodest? *B.* Ita est, inquam. *P.* Quae vero aut exercet aut conrigit prodest? *B.* Fateor, inquam. *P.* Bona igitur? *B.* Quidni? Sed haec eorum est, qui vel in virtute positi contra aspera bellum gerunt, vel a vitiis declinantes virtutis iter adripiunt. *B.* Negare, inquam, nequeo. *P.* Quid vero iocunda, quae in praemium tribuitur bonis, num vulgus malam esse decernit? *B.* Nequaquam, verum uti est, ita quoque esse optimam censet. *P.* Quid reliqua, quae, cum sit aspera, iusto supplicio malos coercet, num bonam populus putat? *B.* Immo omnium, inquam, quae excogitari possunt, iudicat esse miserrimam. *P.* Vide igitur, ne opinionem populi sequentes quiddam valde inopinabile confecerimus. *B.* Quid? inquam. *P.* Ex his enim, ait, quae concessa sunt, evenit eorum quidem, qui sunt vel in possessione vel in provectu vel in adeptione virtutis, omnem quaecumque sit bonam, in inprobitate

1. esse prorsus *A* fort. prors. esse bon. *B.* — 4. conrigendive] *ABCDZegimpK Vall.* corrigendique *fHLNQVα X. Vulp. etc.* — 5. patet quod omn. *V X. Vulp. etc.* pat. quod *om. Cet. omnes.* bona, quam] *ABCDZfHKQV* bona est quam *Cet. X. etc.* — 6. haec ratio *B.* ratio est] *AB2C(D)ip* est rat. *g* est *om. Cet. omnes.* — 8. viribus est nixa *fpV X. Vulp. etc.* est *om. Cet. omn.* — 10. Qui] *ABCDZegHKQ Vall.* et qui *T1. V1. N* et quid *fpLVα* quid *X. Vulp. etc.* — 12. inquit *om. Helfr.* — 14. Ut placeat inq. numne *D.* — 17. coercet *Z.* — 18. hoc *B.* — 19. asp. et bell. *L.* — 21. iocundam *DN.* — 24. opt. esse diiudicat *A* cernet (*c. gl.* diiudicat) *g.* — 25. et iusto *BefmVα Wolf. X. Vulp. etc.* et *om. Cet. omnes.* coercet] *ABCDZefgpHsqq. Vall.* coerceat *im X. Vulp. etc.* — 28. quoddam *LN.* — 29. Quidnam *A.* — 30. horum even. *C.* — 31. profectu *fiNα Helfr. Vinc. Bell. d. sp. d.* VI, 120. *h.* XXII, 20. profectione *L.* in *om. Vinc. ll. ll.* —

vero manentibus omnem pessimam esse fortunam. *B.* Hoc, inquam, verum est, tametsi nemo audeat confiteri. *P.* Quare, inquit, ita vir sapiens moleste ferre non debet, quotiens in fortunae certamen adducitur, ut virum fortem non decet indignari, quotiens increpuit bellicus tumultus. Utrique enim, huic quidem gloriae propagandae, illi vero confirmandae sapientiae difficultas ipsa, materia est. Ex quo etiam virtus vocatur, quod suis viribus nitens non superetur adversis. Neque enim vos in provectu positi virtutis diffluere deliciis et emarcescere voluptate venistis: praelium cum omni fortuna nimis acre conseritis, ne vos aut tristis opprimat aut iucunda conrumpat: firmis medium viribus occupate. Quidquid autem infra subsistit aut ultra progreditur, habet contemptum felicitatis, non habet praemium laboris. In vestra enim situm est manu, qualem vobis fortunam formare malitis. Omnis enim, quae videtur aspera, nisi aut exercet aut conrigit, punit.

VII. Bella bis quinis operatus annis
Ultor Atrides Phrygiae ruinis
Fratris amissos thalamos piavit.
Ille dum Graiae dare vela classi
Optat et ventos redimit cruore,
Exuit patrem miserumque tristis
Foederat natae iugulum sacerdos.
Flevit amissos Ithacus sodales,
Quos ferus vasto recubans in antro
Mersit inmani Polyphemus alvo:
Sed tamen caeco furibundus ore
Gaudium maestis lacrimis rependit.
Herculem duri celebrant labores:
Ille Centauros domuit superbos,
Abstulit saevo spolium leoni,

1. man. omnem] *ABCDZefpHsqq. Vinc. l. l. Vall.* omnem *om. gim X. Vulp. etc.* — 2. est ita etsi *D* est ita *L.* — 7. conformandae *AB1DRZT11. V2egHKQ* confirm. *CfimpLNVα X. etc.* — 8. Ex qua *C.* etenim *DLNVα.* — 11. sed prael. *ef(im)p X. Vulp. etc.* sed *om. ABCDHsqq. Wolf. Vall.* — 14. autem] *DV11. eimp LV X. etc.* aut *ABCRZ T11. fgHKNQα Wolf.* — 15. felicitas *1D.* — 16. en. sit. est] *AC(D)ZefimpQ* enim est sit. *B* en. sit. manu est *g* est en. sit. *Wolf. X. Vulp. etc.* est *om. HKLNVα Vall.* — 18. asp. aut.... aut punit *egp* [*im?*] *X. Vulp. etc.* nisi aut.... conrig. punit *ABCDZfgHsqq. Vall.* exerceat *DLN.*

VII. 2. frigiae *C.* — 4. Graecie *C.* — 7. foderat *Helfr. Web.* — 11. pudibundus *2D.* —

Fixit et certis volucres sagittis.
Poma cernenti rapuit draconi,
Aureo laeva gravior metallo;
Cerberum traxit triplici catena.
Victor inmitem posuisse fertur
Pabulum saevis dominum quadrigis:
Hydra conbusto periit veneno,
Fronte turpatus Achelous amnis,
Ora demersit pudibunda ripis;
Stravit Anteum Lybicis arenis,
Cacus Evandri satiavit iras,
Quosque pressurus foret altus orbis
Setiger spumis humeros notavit.
Ultimus caelum labor inreflexo
Sustulit collo, pretiumque rursus
Ultimi caelum meruit laboris.
Ite nunc fortes, ubi celsa magni
Ducit exempli via: cur inertes
Terga nudatis? superata tellus
Sidera donat.

LIBER V.

I. Dixerat orationisque cursum ad alia quaedam tractanda atque expedienda vertebat. *B.* Tum ego, Recta quidem, inquam, exhortatio tuaque prorsus auctoritate dignissima: sed quod tu dudum de providentia quaestionem pluribus aliis inplicitam esse dixisti, re experior. Quaero enim an esse aliquid omnino et quidnam esse casum arbitrere. *P.* Tum illa, Festino, inquit, debitum promissionis absolvere viamque tibi, qua patriam reveharis, aperire. Haec autem etsi perutilia cognitu, tamen a propositi nostri tramite paullisper aversa sunt verendumque est, ne deviis fatigatus ad emetiendum rectum iter sufficere non possis. *B.* Ne id, inquam, prorsus vereare nam quietis mihi loco

16. Fix. incertis *C.* — 18. laevam *DCm Helm. 1. Sitzm. cdd., edd. vett. Vall.* laeva *AB etc. X. Leys. Vulp. etc.* — 20. refertur *C.* — 23. fonte *1D* turpatus] *BZgmHK Helm. 1. 3. Bern. cd., Wolf. Vall. Vulp.* turbatus *ACD etc. X. Helfr.* Acheolus *D.* — 24. dimersit *Aegp Helm. 2. 3.* demersit *Cet. omn.* — 27. quisque *A.* —

Lib. V, I. 1. quaeque *C.* — 2. atque] *ABCDegK Vall.* et *Cet. omnes.* ego inq. recta *A.* — 5. implicatam *imL Wolf.* — 6. al. esse possit omn. *A.* — 7. arbitrare *AepHQ.* — 9. ad patr. *e (gl. A) Wolf.* — 12. metiendum *B.* —

fuerit ea quibus maxime delector, agnoscere, simul cum omne disputationis tuae latus indubitata fide constiterit, nihil de sequentibus ambigatur. *P.* Tum illa, Morem, inquit, geram tibi, simulque sic orsa est: Si quidem, inquit, aliquis eventum temerario motu nullaque caussarum connexione productum casum esse definiat, nihil omnino casum esse confirmo et praeter subiectae rei significationem inanem prorsus vocem esse decerno. Quis enim coercente in ordinem cuncta deo locus esse ullus temeritati reliquus potest? Nam nihil ex nihilo existere vera sententia est, cui nemo unquam veterum refragatus est: quamquam id illi non de operante principio, sed de materiali subiecto, hoc est, omnium de natura rationum, quasi quoddam iecerint fundamentum. At si nullis ex caussis aliquid oriatur, id de nihilo ortum esse videbitur. Quod si hoc fieri nequit, ne casum quidem huiusmodi esse possibile est, qualem paullo ante definivimus. *B.* Quid igitur, inquam, nihilne est, quod vel casus vel fortuitum iure adpellari queat? An est aliquid, tametsi vulgus lateat, cui vocabula ista conveniant? *P.* Aristoteles id, inquit, meus in Physicis et brevi et veri propinqua ratione definivit. *B.* Quonam, inquam, modo? *P.* Quotiens, ait, aliquid cuiuspiam rei gratia geritur, aliudque quibusdam de caussis, quam quod intendebatur, obtingit, casus vocatur: ut si quis colendi agri caussa fodiens humum defossi auri pondus inveniat. Hoc igitur fortuitu quidem creditur accidisse: verum non de nihilo est, nam proprias caussas habet, quarum inprovisus inopinatusque concursus casum videtur operatus. Nam nisi cultor agri humum foderet, nisi eo loci pecuniam suam depositor obruisset, aurum non esset inventum. Hac sunt igitur fortuiti caussae conpendii,

2. omne *et* latus *om. 1C.* — 3. consequent. *D.* ambigitur *Helfr.*[?] — 4. orsa] *AB X.* exorsa *Cet. omnes.* est *om. Vulp. etc.* — 6. cas. esse def. casum *B.* — 7. propter *A.* — 8. rei subi. *B.* vocem *om. 1C* esse voc. *fimpLNVα Wolf.* — 10. esse *om. D.* — 12. id *om. Helfr.* — 14. omn. de nat. rat.] *Codd. et edd. vett. omnes, Wolf.* de nat. omn. rat. *X. etc.* — 15. fund. iec. *L.* — 16. videtur *fHKNQVα Wolf. X.* hoc. *om. 1C.* — 17. ne] *ABC*[*D*] nec *Cet. omnes.* — 18. diffinimus *ApL.* — 21. illa *Helfr.* ista *Cet. omnes.* conveniunt *fLN.* — 22. id inq. meus] *AB*[*D*] id meus inq. *C* meus id inq. *Cet.* — 23. difin. *AC.* Quo inq. *D.* — 24. aliq. ait *A Glar.* inquit aliq. *C.* — 26. gratia agri *A.* — 28. fortuitu] *ACDZgpHKQ* fortuito *Cet. omnes.* quidem *om. eHQ.* de *om. C.* — 30. inop. *om. 1A.* — 31. eo loci] *ACDV11. ZfHetc. Wolf. Vall.* in eo loco *B (gl. A) T2. et* eo loco *gmp X. Vulp. etc.* — 33. igitur *om. A.* —

quod ex obviis sibi et confluentibus caussis, non ex gerentis intentione provenit. Neque enim vel qui aurum obruit vel qui agrum exercuit, ut ea pecunia reperiretur, intendit: sed, uti dixi, quo ille obruit, hunc fodisse convenit atque concurrit. Licet igitur definire casum esse inopinatum, ex confluentibus caussis, in his quae ob aliquid geruntur, eventum. Concurrere vero atque confluere caussas facit ordo ille inevitabili connexione procedens, qui de providentiae fonte descendens cuncta suis locis temporibusque disponit.

I. Rupis Achaemeniae scopulis, ubi versa sequentum
  Pectoribus figit spicula pugna fugax,
Tigris et Euphrates uno se fonte resolvunt,
  Et mox abiunctis dissociantur aquis.
Si coeant cursumque iterum revocentur in unum,
  Confluat alterni quod trahit unda vadi:
Conveniant puppes et vulsi flumine trunci,
  Mixtaque fortuitos implicet unda modos:
Quos tamen ipsa vagos terrae declivia casus
  Gurgitis et lapsi defluus ordo regit.
Sic, quae permissis fluitare videtur habenis,
  Fors patitur frenos ipsaque lege meat.

II. Animadverto, inquam, idque, uti tu dicis, ita esse consentio. Sed in hac haerentium sibi serie caussarum estne ulla nostri arbitrii libertas, an ipsos quoque humanorum motus animorum fatalis catena constringit? *P.* Est, inquit. Neque enim fuerit ulla rationalis natura, quin eidem libertas adsit arbitrii. Nam quod ratione uti naturaliter potest, id habet iudicium, quo quodque discernat: per se igitur fugienda optandave dinoscit. Quod vero quis optandum esse iudicat, petit: refugit vero, quod existimat esse fugiendum.

4. quo] *ABCDTII. V1. Zegimp Rtth. HKLNQα Wolf. Vall.* quod *fVX. Vulp. etc.* — 6. ut ex confl. *fNVα.* — 7. quae *om. 1C.* — 10. temporibus *om.* que *D.* —

I. 2. figit *om. 1B.* versa fugax *Schol. ad Luc* I, 230. — 7. convenient *ABRV2. T2.* conveniunt *D* conveniant *C et cet. omnes.* — 10. Surg. *1A.* — 12. Sicque *BZ* quo *C.* —

II. 2. haer.] *ABCDZefgimHsqq. Wolf. X. Vulp. etc.* cohaer. *p Vall.* — 4. constringit˜ *C.* — 8. quidque *TII. VII. ZHKQα* quaeque *A* quisque *C* quodque *BD etc.* disc. per se: ig. *Vulp. etc.* — 9. opt. quis *Ci.* esse iud.] *ABCDZeipHKQα Vall.* iud. esse *Cet. omn.* — 10. estim. *A.* —

Quare quibus in ipsis inest ratio, inest etiam volendi nolendique libertas. Sed hanc non in omnibus aequam esse constituo. Nam supernis divinisque substantiis et perspicax iudicium et inconrupta voluntas et efficax optatorum praesto est potestas. Humanas vero animas liberiores quidem esse necesse est, cum se in mentis divinae speculatione conservant: minus vero, cum dilabuntur ad corpora, minusque etiam, cum terrenis artubus conligantur. Extrema vero est servitus, cum vitiis deditae rationis propriae possessione ceciderunt. Nam ubi oculos a summae luce veritatis ad inferiora et tenebrosa deiecerint, mox inscitiae nube caligant, perniciosis turbantur adfectibus, quibus accedendo consentiendoque, quam invexere sibi, adiuvant servitutem, et sunt quodam modo propria libertate captivae. Quae tamen ille ab aeterno cuncta prospiciens providentiae cernit intuitus, et suis quaeque meritis praedestinata disponit, *πάντ᾽ ἐφορᾷ καὶ πάντ᾽ ἐπακούει.*

II. Puro clarum lumine Phoebum
Melliflui canit oris Homerus:
Qui tamen intima viscera terrae
Non valet aut pelagi radiorum
Infirma perrumpere luce.
Haud sic magni conditor orbis:
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terrae mole resistunt,
Non nox atris nubibus obstat,
Quae sint, quae fuerint veniantque
Uno mentis cernit in ictu:
Quem, quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere solem.

1. in ips. in... inest et.] *ABCRTII. VII. epHQ* in his in. *D* quib. inest rat. illis et. in. *L* quib. inest rat. in ips. *K* quib. in. rat. ipsis etiam inest *Cet. omnes.* — 4. et effic. *om. 1C.* — 7. se conserv. *Wolf.* — 9. conliguntur *A.* vero *om. A.* — 10. propria *Rtth.* a ratione *Glar.* ceciderunt] *ABCDZefgimpQK Rtth. Vall.* ceciderint *RTII. V2. Wolf. LNVα X. Vulp. etc.* cecidere *Flor.* — 13. caligantur *BZeipLNV Rtth.* et pern. *B.* effect. *B.* — 15. captivae] *ABCDetc. Vall.* captiva *X. Vulp. etc.* — 17. *παντε. φορον και παντα επακουειν A θεως πανθε. φοραν και πανθ επακουειν* item *παντω κραθεορ καὶ πανθακωιει C* Pante foran kepante pakuin *Graff. cd.*, omnia videt et omnia audit *gl. A, codd. recc. et edd. vett. Cf. Hom. Il. γ, 277. Od. μ, 323.*

II. 9. *Ordo apud X., Vulp. Helfr. et in p:* vv. 9. 11. 10. 12. — 10. venientque *B.* —

IV. Tum ego, En, inquam, difficiliore rursus ambiguitate confundor. *P.* Quaenam, inquit, ista est? Iam enim, quibus perturbare, coniecto. *B.* Nimium, inquam, adversari ac repugnare videtur, praenoscere universa deum et esse ullum libertatis arbitrium. Nam si cuncta prospicit deus neque falli ullo modo potest, evenire necesse est, quod providentia futurum esse praeviderit. Quare si ab aeterno non facta hominum modo, sed etiam consilia voluntatesque praenoscit, nulla erit arbitrii libertas: neque enim vel factum aliud ullum vel quaelibet existere poterit voluntas, nisi quam nescia falli divina providentia praesenserit. Nam si aliorsum, quam provisae sunt, detorqueri valent, non iam erit futuri firma praescientia, sed opinio potius incerta: quod de deo credere nefas iudico. Neque enim illam probo rationem, qua se quidam credunt hunc quaestionis nodum posse dissolvere. Aiunt enim non ideo quid esse eventurum, quoniam id providentia futurum esse prospexerit: sed e contrario potius, quoniam quid futurum est, id divinam providentiam latere non posse, eoque modo necessarium hoc in contrariam ralabi partem: neque enim necesse esse contingere, quae providentur, sed necesse esse quae futura sunt, provideri: quasi vero quae cuiusque rei caussa sit, praescientiane futurorum necessitatis, an futurorum necessitas providentiae laboretur. At nos illud demonstrare nitamur, quoquo modo sese habeat ordo caussarum, necessarium esse eventum praescitarum rerum, etiam si praescientia futuris rebus eveniendi necessitatem non videatur inferre. Etenim si quispiam sedeat,

III. 1. difficiliore] *ABCD* difficiliori *Cet. omnes.* — 2. ista *om.* *1C.* est ista *ZHKLα* ista est inq. *D.* — 3. perturbere *HK Vall.* — 9. sed *om. D.* voluptatesque (*bis*) *A.* — 12. div. prov.] *ABC[D]* prov. div. *Cet. omnes.* — 13. si aliors.] *ABCDRTII.VII.ZefpHKetc. Wolf.* si res al. *gim X. etc.* provisa *ZeVα Wolf.* — 15. cred. nef.] *ABC[D] ZeHKQα Wolf. Vall.* nef. cred. *Cet. omn.* Nec *D.* — 16. cred. *om. 1C.* — 18. non esse ideo *Vall.* absolvere *A.* event. esse *A* non esse ev. *C.* quod *C.* — 21. posse] *Cdd. omnes, HKNQα Wolf. Vall.* possit *VX. Vulp. etc.* posset *L* non posse lat. *D.* nec. h.] *ABCDZHKQ Vall.* nec. est hoc *Cet. omn.* — 23. nec. esse] *AB[D] ZHKQα Vall.* nec. est *C etc. X. Vulp. sqq.* — 23. nec. esse] *A2BCDZHKNQ Glar. Vall.* nec. esse é *1B* nec. est *Cet.* sint *Vall.* sunt *Cet. omn.* — 24. cuius rei *DCZeHKα.* — 25. necessitas *ZH* necessitas sit *LNVα Wolf.* necessitas caussa *Wolf.* — 26. At non *BCZV2. TII. etc. Wolf.* at non *D* ac nunc *R* ac n' *eraso* c *A* at nos *X. etc.* — 27. quoquoquo *D.* — 29. scientia *C.* —

opinionem quae eum sedere coniectat, veram esse necesse est: atque e converso rursus, si de quopiam vera sit opinio, quoniam sedet, eum sedere necesse est. In utroque igitur necessitas inest: in hoc quidem sedendi, at vero in altero veritatis. Sed non idcirco quisque sedet, quoniam vera est opinio: sed haec potius vera est, quoniam quempiam sedere praecessit. Ita cum caussa veritatis ex altera parte procedat, inest tamen communis in utraque necessitas. Similia de providentia futurisque rebus ratiocinari patet. Nam etiam si idcirco, quoniam futura sunt, providentur: non vero ideo, quoniam providentur, eveniunt: nihilo minus tamen a deo vel ventura provideri vel provisa necesse est evenire, quod ad perimendam arbitrii libertatem solum satis est. Iam vero quam praeposterum est, ut aeternae praescientiae temporalium rerum eventus caussa esse dicatur? Quid est autem aliud arbitrari, ideo deum futura, quoniam sunt eventura, providere, quam putare quae olim acciderunt, caussam summae illius esse providentiae? Ad haec, sicuti cum quid esse scio, id ipsum esse necesse est: ita cum quid futurum novi, id ipsum futurum esse necesse est. Sic fit igitur, ut eventus praescitae rei nequeat evitari. Postremo si quid aliquis aliorsum atque sese habet, existimet, id non modo scientia non est, sed est opinio fallax, ab scientiae veritate longe diversa. Quare si quid ita futurum est, ut eius certus ac necessarius non sit eventus, id eventurum esse praesciri qui poterit? Sicut enim scientia ipsa impermixta est falsitati: ita id quod ab ea concipitur, esse aliter atque concipitur nequit. Ea namque caussa est, cur mendacio scientia careat, quod se ita rem quamque habere necesse est, uti eam sese habere scientia comprehendit. Quid igitur? quonam modo deus haec incerta futura praenoscit? Nam si inevitabiliter eventura censet, quae etiam non evenire possibile est, fallitur:

2. atque] *ABDsqq. Vall.* at *X. Vulp. etc.* atque ... nec. est *om. C.* contrario rurs. *HKQ Wolf.* — 6. potius *om. A.* — 8. procedit *D.* — 10. patet] *Codd. et edd. vett. omnes,* oportet *X. etc.* et si *L.* — 13. ab deo venturi *C.* nec. est ev.] *ABCDZegK* even. nec. est *Cet. X. etc.* venire *eK.* — 15. praep. sit *A.* — 18. deum id. fut. *Ag.* — 20. esse scientiae *D.* — 24. quam sese *RV2. fLNVα Wolf. Glar.* sese hab. *1ABC[D?]g* sese res hab. *Cet. omn.* — 28. praescire quis *1gim Rtth.* — 30. quam conc. *fpH (non K) LNVα Wolf. Glar.* — 32. scient. mend. *C.* — 33. sese iam *C.* —

quod non sentire modo nefas est, sed etiam voce proferre. At si ita, uti sunt, ea futura esse decernit, ut aeque vel fieri ea vel non fieri posse cognoscat, quae est haec praescientia, quae nihil certum, nihil stabile conprehendit? Aut quid hoc refert vaticinio illo ridiculo Tiresiae? *Quidquid dicam, aut erit, aut non.* Quid etiam divina providentia humana opinione praestiterit, si uti homines incerta iudicat, quorum est incertus eventus? Quod si apud illum rerum omnium certissimum fontem nihil incerti esse potest, certus eorum est eventus, quae futura firmiter ille praescierit. Quare nulla est humanis consiliis actionibusque libertas, quas divina mens sine falsitatis errore cuncta prospiciens ad unum adligat et constringit eventum. Quo semel recepto quantus occasus humanarum rerum consequatur, liquet. Frustra enim bonis malisque praemia poenaeve proponuntur, quae nullus meruit liber ac voluntarius motus animorum. Idque omnium videbitur iniquissimum, quod nunc aequissimum iudicatur, vel puniri inprobos vel remunerari probos: quos ad alterutrum non propria mittit voluntas, sed futuri cogit certa necessitas. Nec vitia igitur nec virtutes quidquam fuerint, sed omnium meritorum potius mixta atque indiscreta confusio. Quo nihil sceleratius excogitari potest, cum ex providentia rerum omnis ordo ducatur nihilque consiliis liceat humanis, fit, ut vitia quoque nostra ad bonorum omnium referantur auctorem. Igitur nec sperandi aliquid nec deprecandi ulla ratio est. Quid enim vel speret quisquam vel etiam deprecetur, quando optanda omnia series indeflexa connectit? Aufertur igitur unicum illud inter homines deumque commercium, sperandi scilicet ac deprecandi.

1. non sent. modo] *ABC[D]ZepHKQ Wolf.* sent. non modo *Cet. X. etc.* — 2. ita uti s. ea] *ADm* ita uti s. ita ea *BCZef[i?] pHetc. Wolf.* uti sunt ita ea *X. etc.* ita sunt uti ita *g.* esse *om. B.* — 5. refert] *Gl. A:* distat, differt *coni. Bentlei. ad Hor. Serm.* II, 5, 59. *Cf.* II, 3. p. 25, 7. — 6. an non *1A, cf. Hor. l. l.* — 7. humanae opinioni *Vall. coni.* — 8. sicuti *C.* — 9. inc. est ev. *C.* — 10. inc. etiam pot. *C.* — 11. est eor. *A.* — 15. humanorum [*om.* rer.] *C* rerum *om. X.* — 16. consequitur *A.* — 17. proponentur *Wolf.* metuit *X. unde?* — 18. omn. rerum vid. *A.* — 20. remunerare *DL.* — 21. propria *om. D.* — 24. Quo] *ABC[D]ZegimpL* quoque *fHKN QVα X. etc.* — 26. cumque nihil *Rth.* lic. cons. *ZfLNVα.* — 27. quoque] *ABCDgK Vall.* quoque *om. H* quaeque *Cet. omn.* — 29. quisque *ABCDZefgetc.* quisquam [*V2.?*] *X. etc.* — 30. ind. ser. *LNVα.* — 31. Aufertur] *A2B2CZ* auferatur *e* auferetur *Cet. omn.* illum *α* id *ep.* — 32. et deprec. *gLNV.* —

Si quidem iustae humilitatis pretio inaestimabilem vicem divinae gratiae promeremur: qui solus modus est, quo cum deo conloqui homines posse videantur, illique inaccessae luci prius quoque quam inpetrent, ipsa supplicandi ratione coniungi: quae si recepta futurorum necessitate nihil virium habere credantur, quid erit, quo summo illi rerum principi connecti atque adhaerere possimus? Quare necesse erit humanum genus, uti paullo ante cantabas, disseptum atque disiunctum suo fonte fatiscere.

III. Quaenam discors foedera rerum
Caussa resolvit? quis tanta deus
Veris statuit bella duobus,
Ut, quae carptim singula constent,
Eadem nolint mixta iugari?
An nulla est discordia veris,
Semperque sibi certa cohaerent?
Sed mens caecis obruta membris
Nequit oppressi luminis igne
Rerum tenues noscere nexus.
Sed cur tanto flagrat amore
Veri tectas reperire notas?
Scitne, quod adpetit anxia nosse?
Sed quis nota scire laborat?
At si nescit, quid caeca petit?
Quis enim quidquam nescius optet,
Aut quis valeat nescita sequi?
Quove inveniat, quisve repertam
Queat ignarus noscere formam?
An cum mentem cerneret altam,
Pariter summam et singula norat?
Nunc membrorum condita nube
Non in totum est oblita sui,
Summamque tenet singula perdens.
Igitur quisquis vera requirit,
Neutro est habitu: nam neque novit,
Nec penitus tamen omnia nescit:

1. inextim. *B.* — 3. est *om. D.* — 4. inaccessibili *pL.* — 8. haerere *A*¦*Wolf.* cohaer. *e* inhaer. *p.* —

III. 4. utque *BZep.* constant *Vall. Cally.* — 14. quis ... scire] *Codd. et edd. vett. omn. Vall.* quid ... rescire *X. Vulp. etc.* quis ... resc. *Weber.* — 15. at] *ABCDefgH etc. Vall.* ac *im Helm. 1. 3.* aut *Helm. 2. Leys.* et *X. Vulp. etc.* — 18. quis rep. *ABCDZfgH etc.* quisque *emp* quisve [*i*?] *X. etc.* —

Sed, quam retinens meminit, summam
Consulit alte visa retractans,
Ut servatis queat oblitas
Addere partes.

IV. Tum illa, Vetus, inquit, haec est de providentia querela, Marcoque Tullio, cum divinationem distribuit, vehementer agitata tibique ipsi res diu prorsus multumque quaesita: sed haud quaquam ab ullo vestrum hactenus satis diligenter ac firmiter expedita. Cuius caliginis caussa est, quod humanae ratiocinationis motus ad divinae praescientiae simplicitatem non potest admoveri, quae si ullo modo cogitari queat, nihil prorsus relinquetur ambigui: quod ita demum patefacere atque expedire temptabo, si prius ea quibus moveris, expendero. Quaero enim, cur illam solventium rationem minus efficacem putes: quae quia praescientiam non esse futuris rebus caussam necessitatis existimat, nihil inpediri praescientia arbitrii libertatem putat. Num enim tu aliunde argumentum futurorum necessitatis trahis, nisi quod ea quae praesciuntur, non evenire non possunt? Si igitur praenotio nullam futuris rebus adicit necessitatem, quod tu etiam paullo ante fatebare; quid est, quod voluntarii exitus rerum ad certum cogantur eventum? Etenim positionis gratia, ut quid consequatur advertas, statuamus nullam esse praescientiam. Num igitur, quantum ad hoc attinet, quae ex arbitrio veniunt, ad necessitatem coguntur? *B.* Minime. *P.* Statuamus iterum esse, sed nihil rebus necessitatis iniungere: manebit, ut opinor, eadem voluntatis integra atque absoluta libertas. Sed praescientia, inquies, tametsi futuris eveniendi necessitas non est, signum tamen est, necessario ea esse ventura. Hoc igitur modo, etiam si praecognitio non fuisset, necessarios futurorum exitus esse constaret. Omne etenim signum, tantum quid sit, ostendit, non

31. Dedere part. *Bern. cd.* —

IV. 1. Tum illa enim *B.* — 2. Marcoque] *BCDegimHKQ Vall.* meoque Marco *A* a Marcoque *ZpLNα* a Martio quoque *f* a Marco *VX. Vulp. etc. Cf. De divin. II, 60 etc.* — 4. quam ab *B.* — 6. caussa cal. *B.* —10. ea *om. C.* — 11. expendero] *ABCDZfmHKLNQα Bern. cd., Vall.* expediero *eiVX. Vulp. etc.* expedio *gp.* enim *om. 1B.* — 14. non inped. *L.* — 23. veniunt] *AC* [*D*] *R V2. T11. gim* ven. *om. Z* even. *Cet. omnes..* — 26. absolutaque *A.* — 27. fut. rebus *Sitzm. cdd.* —

vero efficit quod designat. Quare demonstrandum prius est, nihil non ex necessitate contingere, ut praenotionem signum esse huius necessitatis adpareat. Alioquin si haec nulla est, ne illa quidem eius rei signum poterit esse, quae non est. Iam vero probationem firma ratione subnixam constat, non ex signis neque petitis extrinsecus argumentis, sed ex convenientibus necessariisque caussis esse ducendam. Sed qui fieri potest, ut ea non proveniant, quae futura esse providentur? Quasi vero nos ea, quae providentia futura esse praenoscit, non esse eventura credamus: ac non illud potius arbitremur, licet eveniant, nihil tamen ut evenirent, sui natura necessitatis habuisse: quod hinc facile perpendas licebit. Plura etenim dum fiunt, subiecta oculis intuemur: ut ea, quae in quadrigis moderandis atque flectendis facere spectantur aurigae, atque ad hunc modum cetera. Num igitur quidquam illorum ita fieri necessitas ulla conpellit? *B.* Minime. Frustra enim esset artis effectus, si omnia coacta moverentur. *P.* Quae igitur cum fiunt, carent existendi necessitate, eadem prius quam fiant, sine necessitate futura sunt. Quare sunt quaedam eventura, quorum exitus ab omni necessitate sit absolutus. Nam illud quidem nullum arbitror esse dicturum, quod quae nunc fiunt, prius quam fierent, eventura non fuerint. Haec igitur etiam praecognita liberos habent eventus. Nam sicut scientia praesentium rerum nihil his, quae fiunt, ita praescientia futurorum nihil his, quae ventura sunt, necessitatis inportat. Sed hoc, inquis, ipsum dubitatur, an earum rerum quae necessarios exitus non habent, ulla possit esse praenotio. Dissonare etenim videntur, putasque, si praevideantur, consequi necessitatem: si necessitas desit, minime praesciri nihilque scientia conprehendi posse nisi certum: quod si ea, quae incerti sunt exitus, quasi certa providentur, opinionis id esse caliginem, non scientiae veritatem. Aliter enim ac sese res habeat arbitrari, ab

2. est prius *A.* non nihil *DfiLNV.* — 4. haec si *A.* ne] *AZg HKQ Bern. ed.* nec *Cet. omnes.* — 8. quid *L.* — 11. esse ev.] *ABC* [*D*]*ZgmHKQ* esse *om. Cet. omnes.* — 14. enim *pLNVα.* — 17. mod. et cet. *DfVα.* — 22. quaed. sunt *C.* — 23. absol. sit *αWolf.* — 26. igit. *om. C.* etiam *om. HQ* et. ig. *fLNVα Wolf.* praecogn. et. *A.* — 27. rerum *om. X. Vulp. etc.* — 28. his *om. 1B.* — 29. inportet *C.* — 35. ea quae] *AB* si quae .... ex. ea quasi *Cet. omn.* — 36. opin. id *ABCDRV2. T11. etc. Vall.* opin. constat id [*V1.?*] *X. Vulp. etc.* — 37. quam se res *gim.* —

integritate scientiae credis esse diversum. Cuius erroris caussa est, quod omnia, quae quisque novit, ex ipsorum tantum vi atque natura cognosci existimat quae sciuntur, quod totum contra est. Omne enim quod cognoscitur, non secundum sui vim, sed secundum cognoscentium potius conprehenditur facultatem. Nam ut hoc brevi liqueat exemplo, eamdem corporis rotunditatem aliter visus aliter tactus agnoscit. Ille eminus manens totum simul iactis radiis intuetur: hic vero cohaerens orbi atque coniunctus circa ipsum motus ambitum rotunditatem partibus conprehendit. Ipsum quoque hominem aliter sensus aliter imaginatio aliter ratio aliter intellegentia contuetur. Sensus enim figuram in subiecta materia constitutam, imaginatio vero solam sine materia indicat figuram. Ratio vero hanc quoque transcendit, speciemque ipsam, quae singularibus inest, universali consideratione perpendit. Intellegentiae vero celsior oculus existit: supergressa namque universitatis ambitum ipsam illam simplicem formam pura mentis acie contuetur. In quo illud maxime considerandum est: nam superior conprehendendi vis amplectitur inferiorem, inferior vero ad superiorem nullo modo consurgit. Neque enim sensus aliquid extra materiam valet, vel universales species imaginatio contuetur, vel ratio capit simplicem formam: sed intellegentia quasi desuper spectans concepta forma quae subsunt etiam cuncta diiudicat: sed eo modo, quo formam ipsam, quae nulli alii nota esse poterat, conprehendit. Nam et rationis universum et imaginationis figuram et materiale sensibile cognoscit, nec ratione utens nec imaginatione nec sensibus, sed illo uno ictu mentis formaliter, ut ita dicam, cuncta prospiciens. Ratio quoque cum quid universale respicit, nec imaginatione nec sensibus utens imaginabilia vel sensibilia conprehendit. Haec est enim, quae conceptionis suae universale ita definit: homo est animal bipes rationale; quae cum universalis notio sit, tum

3. estimat *Cdd. et edd. vett. omn.* — 6. cognoscentis *C.* — 8. agnosc. tact. *A.* cognoscit *C.* — 9. enim emin. *A.* — 13. Sens. vero *A.* — 16. suam quae *L.* — 20. intuetur *C.* — 21. nam] *Codd. et edd. vett. omn., Wolf. X. Vulp.* quod *Rtth. Vall. Helfr.* — 26. conceptam formam *B.* — 27. subs. etiam] *BCDZefgimpHKQ Vall.* et. subs. *A* etiam *om. LNVα X. Vulp. etc.* — 28. poterit *C.* — 29. imaginis *V2.* — 35. Hoc *pHelfr.* est *om. HQ.* — 36. definivit *RT2.g.* — 37. rat. bipes mortale *Rtth.* tum] *ABC[D]ZfgHKQV Vall.* tamen *eimp LNα Wolf. X. Vulp. sqq.* —

imaginabilem sensibilemque esse rem nullus ignorat, quod illa non imaginatione vel sensu, sed rationali conceptione considerat. Imaginatio quoque tametsi ex sensibus visendi formandique figuras sumpsit exordium, sensu tamen absente sensibilia quaeque conlustrat, non sensibili, sed imaginaria ratione iudicandi. Videsne igitur, ut in cognoscendo cuncta sua potius facultate, quam eorum quae cognoscuntur, utantur? Neque id iniuria: nam cum omne iudicium iudicantis actus existat, necesse est, ut suam quisque operam non ex aliena, sed ex propria potestate perficiat.

IV. Quondam porticus attulit
Obscuros nimium senes,
Qui sensus et imagines
E corporibus extimis
Credant mentibus inprimi,
Ut quondam celeri stilo
Mos est aequore paginae,
Quae nullas habeat notas,
Pressas figere litteras.
Sed mens si propriis vigens
Nihil motibus explicat,
Sed tantum patiens iacet
Notis subdita corporum
Cassasque in speculi vicem
Rerum reddit imagines,
Unde haec sic animis viget
Cernens omnia notio?
Quae vis singula prospicit
Aut quae cognita dividit?
Quae divisa reconligit
Alterumque legens iter
Nunc summis caput inserit,
Nunc desidit in infima,
Tum sese referens sibi
Veris falsa redarguit?
Haec est efficiens magis

1. imaginalem *Lipsii ed.* — 2. in imag. *T2.* irrationabili *A* irrationali *Wolf.* in rationabili *eT2.* in rationali *ZHKLNQ* in *om. Cet.* — 6. inmaginabili *B.* — 8. cognoscantur *Zmp.* utuntur *HQ.* — 10. ex *om. p (bis).* sed propria *K.* —

IV. 5. credunt *DN Wolf.* — 7. Mox *B.* — 14. specula *D.* — 23. decidit *ABCfgimp Hsqq. Leys.* decedit *DV1. T11.* desidit *Wolf. X. etc.* — 24. Cum *D.* —

Longe caussa potentior,
Quam quae materiae modo
Inpressas patitur notas.
Praecedit tamen excitans
Ac vires animi movens
Vivo in corpore passio.
Cum vel lux oculos ferit
Vel vox auribus instrepit:
Tum mentis vigor excitus,
Quas intus species tenet,
Ad motus similes vocans
Notis adplicat exteris
Introrsumque reconditis
Formis miscet imagines.

V. Quod si in corporibus sentiendis, quamvis adficiant instrumenta sensuum forinsecus obiectae qualitates animique agentis vigorem passio corporis antecedat, quae in se actum mentis provocet excitetque interim quiescentes intrinsecus formas: si in sentiendis, inquam, corporibus animus non passione insignitur, sed ex sua vi subiectam corpori iudicat passionem, quanto magis ea quae cunctis corporum adfectionibus absoluta sunt, in discernendo non obiecta extrinsecus sequuntur, sed actum suae mentis expediunt? Hac itaque ratione multiplices cognitiones diversis ac differentibus cessere substantiis. Sensus enim solus cunctis aliis cognitionibus destitutus inmobilibus animantibus cessit, quales sunt conchae maris quaeque alia saxis haerentia nutriuntur: imaginatio vero mobilibus beluis, quibus iam inesse fugiendi adpetendive aliquis videtur adfectus. Ratio vero humani tantum generis est, sicuti intellegentia sola divini: quo fit, ut ea notitia ceteris praestet, quae suapte natura non modo proprium, sed ceterarum quoque notitiarum subiecta cognoscit. Quid igitur, si ratiocinationi sensus imaginatioque refragentur, nihil esse illud universale dicentes, quod sese intueri ratio putet? quod enim sensi-

28. materia *Helfr.* — 39. introrsum rec. *D.* conditis *A.* —

V. 1. sent. corp. *A.* — 7. et sua *1B.* subiectum corp. *C.* — 8. corporibus adfect. *A* corpora *C.* — 11. igitur *D.* — 12. cunctis solus *A.* — 14. cesset *efpVα.* — 17. effectus *B* aspectus *C.* tantum *om. 1B.* est gen. *A.* — 18. divini sola *C.* — 21. imaginationique *Helfr.* — 23. rat. put. esse intueri *1A.* —

bile vel imaginabile est, id universum esse non posse: aut igitur rationis verum esse iudicium nec quidquam esse sensibile. aut quoniam sibi notum sit plura sensibus et imaginationi esse subiecta, inanem conceptionem esse rationis, quae quod sensibile sit ac singulare, quasi quiddam universale consideret. Ad haec, si ratio contra respondeat se quidem et quod sensibile et quod imaginabile sit in universitatis ratione conspicere: illa vero ad universitatis cognitionem adspirare non posse, quoniam eorum notio corporales figuras non possit excedere: de rerum vero cognitione, firmiori potius perfectiorique iudicio esse credendum. In huiusmodi igitur lite nos, quibus tam ratiocinandi quam imaginandi etiam sentiendique vis inest, nonne rationis potius caussam probaremus? Simile est, quod humana ratio divinam intellegentiam futura, nisi ut ipsa cognoscit, non putat intueri. Nam ita disseris, si qua certos ac necessarios habere non videantur eventus, ea certo eventura praesciri nequeunt. Harum igitur rerum nulla est praescientia, quam si etiam in his esse credamus, nihil erit quod non ex necessitate proveniat. Si igitur, uti rationis participes sumus, ita divinae iudicium mentis habere possemus, sicut imaginationem sensumque rationi cedere oportere iudicavimus, sic divinae sese menti humanam submittere rationem iustissimum censeremus. Quare in illius summae intellegentiae cacumen, si possumus, erigamur: illic enim ratio videbit, quod in se non potest intueri, id autem est, quonam modo etiam quae certos exitus non habent, certa tamen videat ac definita praenotio, neque id sit opinio, sed summae potius scientiae nullis terminis inclusa simplicitas.

V. Quam variis terras animalia permeant figuris!
Namque alia extento sunt corpore pulveremque verrunt,

1. potest *Rtth. Helfr.* posse *Cet. omn.* — 6. quiddam *ADV1. T11. Vall.* quoddam *Cet. omn.* considerat *AC[D?]T11.* consideretur *1B* consideret *Cet. omn.* — 8. in *om. eLN.* — 10. posset *ABHQ.* — 11. vero *om. L. Wolf.* — 12. firmiore *A* firmiori *Cet. omn.* — 14. non *1B.* — 15. probar. causs. *A.* Similes *C.* — 16. hum. natura *A.* — 17. cognoscat *iL.* uti diss. *DN.* — 18. si quae *Vall.* — 20. rerum *om. D.* nullam esse praesc. *T2.* — 21. ex nec. non *C.* — 23. div. ment. ind. *Ap.* possimus *AV2. epα.* — 27. possimus *fL Wolf.* — 29. autem *om. Rtth. Graff.* — 30. difin. *A.* —

V. 1. O quam *i.* — 2. vertunt *Cimp.* —

Continuumque trahunt vi pectoris incitata sulcum:
Sunt quibus alarum levitas vaga verberetque ventos,
Et liquido longi spatia aetheris enatet volatu:
Haec pressisse solo vestigia gressibusque gaudent,
Vel virides campos transmittere vel subire silvas.
Quae variis videas licet omnia discrepare formis,
Prona tamen facies hebetes valet ingravare sensus.
Unica gens hominum celsum levat altius cacumen,
Atque levis recto stat corpore despicitque terras.
Haec, nisi terrenus male desipis, admonet figura,
Qui recto caelum vultu petis exerisque frontem,
In sublime feras animum quoque, ne gravata pessum
Inferior sidat mens corpore celsius levato.

VI. Quoniam igitur, uti paullo ante monstratum est, omne quod scitur, non ex sua sed ex conprehendentium natura cognoscitur, intueamur nunc quantum fas est, quis sit divinae substantiae status, ut quaenam etiam scientia eius sit, possimus agnoscere. Deum igitur aeternum esse cunctorum ratione degentium conmune iudicium est. Quid sit igitur aeternitas consideremus. Haec enim nobis naturam pariter divinam scientiamque patefacit. Aeternitas igitur est interminabilis vitae tota simul et perfecta possessio, quod ex conlatione temporalium clarius liquet. Nam quidquid vivit in tempore, id praesens a praeteritis in futura procedit: nihilque est in tempore constitutum, quod totum vitae suae spatium pariter possit amplecti. Sed crastinum quidem nondum adprehendit, hesternum vero iam perdidit: in hodierna quoque vita non amplius vivitis, quam in illo mobili transitorioque momento. Quod igitur temporis patitur conditionem, licet illud, sicuti de mundo censuit Aristoteles, nec coeperit unquam esse nec desinat, vitaque eius cum temporis infinitate tendatur, nondum tamen tale est, ut aeternum esse iure credatur. Non enim totum simul,

4. Sint *D.* — 6. que *om. Cg.* gandeant *B.* — 7. transcurrere *Cd. Martisburg. ap. Cort. ad Luc.* VII, 213. — 10. celsum *om. C.* — 11. leves *A.* — 13. erigisque *Helm. 3. Vinc. Bell. sp. h.* XXII, 20.

VI. 5. sit eius *C.* — 7. aetern. ig. *A.* — 8. nat. nob. *Vall.* — 9. patefacit] *AC[D?]V11.efiHNQVα* patefecit *T11.ZKL* patefaciet *gpWolf.* patefecerit *BRmX.etc.* — 12. praeterito *A.* — 13. praeced. *C.* in temp. est *A.* — 14. ultimum vitae *LN.* — 16. perdid. iam *Cg.* — 19. sicuti] *ACD* sicut *Cet.* Aristotiles *BC.* — 21. adfinit. *C* infirmitate *L.* —

infinitae licet vitae spatium conprehendit atque conplectitur, sed futura nondum transacta iam non habet. Quod igitur interminabilis vitae plenitudinem totam pariter conprehendit ac possidet, cui neque futuri quidquam absit nec praeteriti fluxerit, id aeternum esse iure perhibetur: idque necesse est, et sui conpos praesens sibi semper adsistere et infinitatem mobilis temporis habere praesentem. Unde non recte quidam, qui cum audiunt visum Platoni, mundum hunc nec habuisse initium temporis nec habiturum esse defectum, hoc modo conditori conditum mundum fieri coaeternum putant. Aliud est enim per interminabilem duci vitam, quod mundo Plato tribuit, aliud interminabilis vitae totam pariter conplexam esse praesentiam, quod divinae mentis proprium esse manifestum est. Neque enim deus conditis rebus antiquior videri debet temporis quantitate, sed simplicis potius proprietate naturae. Hunc enim vitae inmobilis praesentarium statum infinitus ille temporalium rerum motus imitatur, cumque eum effingere atque aequare non possit, ex inmobilitate deficit in motum, ex simplicitate praesentiae decrescit in infinitam futuri ac praeteriti quantitatem: et, cum totam pariter vitae suae plenitudinem nequeat possidere, hoc ipso, quod aliquo modo numquam esse desinit, illud quod inplere atque exprimere non potest, aliquatenus videtur aemulari adligans se ad qualemcumque praesentiam huius exigui volucrisque momenti: quae, quoniam manentis illius praesentiae quamdam gestat imaginem, quibuscumque contigerit, id praestat ut esse videantur. Quoniam vero manere non potuit, infinitum temporis iter adripuit: eoque modo factum est, ut continuaret eundo vitam, cuius plenitudinem conplecti non valuit permanendo. Itaque si digna rebus nomina velimus inponere Platonem sequentes, deum quidem aeternum, mundum vero dicamus esse perpetuum. Quoniam igitur omne iudicium secundum

2. iam transacta *B* iam *om. A.* — 4. possid. ac conpr. *D.* quidquid *LNVα.* — 5. id *om. A* hic aet. *N* hoc aet. *Wolf.* — 6. ut sui *egHelfr.* et *Cet. omn.* sibi *om. B.* — 8. quid. non recte *DfpLNVα Wolf. Glar.* quidam *om. B* non recte quid. *Cet. omn.* — 10. non hab. *Cgp.* — 15. Neque deus *BDZefgipHsqq. X. Vulp. etc.* neque enim *A* neq. enim deus *CnVall.* — 16. temporis *om. Helfr.* [?] — 18. praesentiarum *α* praesentiarium *Helfr.* potentiarium stat. *Glar.* — 21. ex simpl.] *ABC[D?]Vall.* et ex simpl. *Cet. omn.* — 24. hoc ipsoque *HQ.* — 25. poterit *DWolf.* — 29. gestat] *Codd. et edd. vett. omn., Vall.* gestet *X. Vulp. etc.* — 32. vit. cont. eundo *A* cont. vit. eundo *LNV.* — 33. Igitur *A.* —

sui naturam, quae sibi subiecta sunt, conprehendit: est autem deo semper aeternus ac praesentarius status: scientia quoque eius omnem temporis supergressa motionem in suae manet simplicitate praesentiae, infinitaque praeteriti ac futuri spatia conplectens omnia quasi iam gerantur in sua simplici cognitione considerat. Itaque si praesentiam pensare velis, qua cuncta dinoscit, non esse praescientiam quasi futuri, sed scientiam nunquam deficientis instantiae rectius aestimabis. Unde non *praevidentia*, sed *providentia* potius dicitur, quod porro a rebus infimis constituta, quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat. Quid igitur postulas, ut necessaria fiant, quae divino lumine lustrentur, cum ne homines quidem necessaria faciant esse, quae videant? Num enim quae praesentia cernis, aliquam eis necessitatem tuus addit intuitus? *B.* Minime. *P.* Atqui si est divini humanique praesentis digna conlatio, uti vos vestro hoc temporario praesenti quaedam videtis, ita ille omnia suo cernit aeterno. Quare haec divina praenotio naturam rerum proprietatemque non mutat, taliaque apud se praesentia spectat, qualia in tempore olim futura provenient: nec rerum iudicia confundit unoque suae mentis intuitu tam necessarie, quam non necessarie ventura dinoscit. Sicuti vos cum pariter ambulare in terra hominem et oriri in caelo solem videtis, quamquam simul utrumque conspectum, tamen discernitis, et hoc voluntarium, illud esse necessarium iudicatis. Ita igitur cuncta despiciens divinus intuitus qualitatem rerum minime perturbat, apud se quidem praesentium, ad conditionem vero temporis futurarum. Quo fit, ut hoc non sit opinio, sed veritate potius nixa cognitio, cum extiturum quid esse cognoscit, quod idem existendi necessitate carere non nesciat. Hic si dicas, quod

2. deo semper deo *C.* — . sui *Cp.* simplicitatis praesentia *A.* — 6. generantur *Ap.* — 7. praesentiam (*bis*) *ABC*[*D*] praescient *Cet. omn.* praesent. pens. *Vall.* quae *AQGlar.* — 11. dic. eo quod... infimis reb. *C.* — 12. cacumini *C.* — 14. nec *B.* — 15. ea quae vid. *ZQ.* — 16. eis *om. C.* — 17. div. et hum. *A.* — 22. spectat *om. 1B.* proveniant *HQe.* — 24. necessarie] *BDRV2. T11. Zefgetc. Vall.* necessarię (*bis*) *C* necessaria quam non necessarie *A* necessario *X. Vulp. etc.* — 26. hom. et] *Codd. mei et edd. vett. omn. X. etc.* hom. conspicitis et *Sitzmani cdd.*, *Helfr.* solem in coelo *C.* — 27. sit simul *LNVα Wolf.* — 32. hoc *ABC*[*D?*] *ipHKQ Vall.* haec *Cet. omn.* nexa *Ap.* — 33. extaturum *ABC*[*D*]*gHKQ* extitur. *Cet. omn.* aliquid *C.* quod quidem *LN.* —

eventurum deus videt, id non evenire non posse: quod autem non potest non evenire, id ex necessitate contingere, meque ad hoc nomen necessitatis adstringas: fatebor rem quidem solidissimae veritatis, sed cui vix aliquis nisi divini speculator accesserit. Respondebo namque idem futurum, cum ad divinam notionem refertur, necessarium: cum vero in sua natura perpenditur, liberum prorsus atque absolutum videri. Duae sunt etenim necessitates, simplex una, veluti quod necesse est, omnes homines esse mortales; altera conditionis, ut si aliquem ambulare scias, eum ambulare necesse est. Quod enim quisque novit, id esse aliter ac notum est, nequit, sed haec conditio minime secum illam simplicem trahit. Hanc enim necessitatem non propria facit natura, sed conditionis adiectio. Nulla enim necessitas cogit incedere voluntate gradientem, quamvis eum tum, cum graditur, incedere necessarium sit. Eodem igitur modo, si quid providentia praesens videt, id esse necesse est, tametsi nullam naturae habeat necessitatem. Atqui deus ea futura, quae ex arbitrii libertate proveniunt, praesentia contuetur. Haec igitur ad intuitum relata divinum, necessaria fiunt per conditionem divinae notionis: per se vero considerata ab absoluta naturae suae libertate non desinunt. Fient igitur procul dubio cuncta, quae futura deus esse praenoscit, sed eorum quaedam de libero proficiscuntur arbitrio: quae quamvis eveniant, existendo tamen naturam propriam non amittunt, quia prius quam fierent, etiam non evenire potuissent. Quid igitur refert non esse necessaria, cum propter divinae scientiae conditionem modis omnibus necessitatis instar eveniant? Hoc scilicet, quod ea quae paullo ante proposui, sol oriens et gradiens homo, quae dum fiunt, non fieri non possunt: eorum tamen unum prius quo-

1. id n. even. *bis script. in C* id *om. Wolf.* — 3. neque *gp Helfr.* — 4. rem quid.] *ABC[D]ZefgpHKQVα Wolf. Vall.* quid. rem *imLNX. Vulp. etc.* vix] non *c. gl.* vix *B.* — 9. enim *fLNVα.* — 11. si *om. gL.* aliq. hominem amb. *T1.* — 13. quam not. *i Wolf.* — 16. voluntate] *ABCDZefgmpHsqq. Wolf.* voluntarie *i X. etc.* — 17. tum] *ABCDRV1. ZfHKQα* tum *om. i* tunc *eg* tamen *mpLNX. etc.* — 18. igitur *om. 1B*, ergo 2. — 19. hab. naturae *fVX.* habet nat. *Helfr.* nat. habeat *Cet. omn.* — 21. providentia cont. *AC.* — 24. ab *om. ABC[D?]gp.* desistunt *Glar.* Fient] *ACDZgHKQα Wolf. Vall.* fiunt *Befetc. X. Vulp. etc.* — 25. esse *om. A.* — 28. nat. propr.] *ABCDegpHKQα* propr. nat. *Cet. omn.* quia] *A1BCD fimp Wolf. X. Vulp. etc.* qua *e*, *T11.* que (= quae) *2BZgHsqq. Vall.* — 31. evenient *Ap* eveniet *BHKQ.* — 32. Ac scil. *B.* posui *T1.* —

que quam fieret, necesse erat existere: alterum vero minime. Ita etiam quae praesentia deus habet, dubio procul existent: sed eorum hoc quidem de rerum necessitate descendit, illud vero de potestate facientium. Haud igitur iniuria diximus haec, si ad divinam notitiam referantur, necessaria, si per se considerentur, necessitatis esse nexibus absoluta: sicuti omne quod sensibus patet, si ad rationem referas, universale est, si ad se ipsum respicias, singulare. Sed si in mea, inquies, potestate situm est mutare propositum, evacuabo providentiam, cum, quae illa praenoscit, forte mutavero. Respondebo: propositum te quidem tuum posse deflectere, sed quoniam et id te posse, et an facias quove convertas, praesens providentiae veritas intuetur, divinam te praescientiam non posse vitare, sicuti praesentis oculi effugere non possis intuitum, quamvis te in varias actiones libera voluntate converteris. Quid igitur inquies? Ex meane dispositione scientia divina mutabitur, ut cum ego nunc hoc, nunc aliud velim, illa quoque noscendi vices alternare videatur? *B.* Minime. *P.* Omne namque futurum divinus praecurrit intuitus, et ad praesentiam propriae cognitionis retorquet ac revocat: nec alternat, ut aestimas, nunc hoc, nunc illud praenoscendi vices, sed uno ictu mutationes tuas manens praevenit atque conplectitur. Quam conprehendi omnia visendique praesentiam, non ex futurarum proventu rerum, sed ex propria deus simplicitate sortitus est. Ex quo illud quoque resolvitur, quod paullo ante posuisti, indignum esse, si scientiae dei caussam futura nostra praestare dicantur. Haec enim scientiae vis praesentaria notione cuncta conplectens, rebus modum omnibus ipsa constituit, nihil vero posterioribus debet. Quae cum

2. dubio proc.] *ACD Vall.* proc. dub. *Cet. omn.* — 3. existent] *A1BC[D?]g* existimet *K* existant *fmp* existunt *Cet. omn.* — 9. ipsam *Bg* ipsa *DNVα.* sed si inq. *LNWolf.* — 11. cumque *ABCeg.* — 12. tuum te quid. posse *Ag.* — 15. praescientiam] *ADT1. V11. ZefgimpHKNQVα X. etc.* praesentiam *BCRT2. L.* — 17. convertas *fNVαWolf. Glar.* — 20. aliud] *ABCDV2. T11. ZefimpHKLQV Wolf.* al. *om. g* illud *NαX. etc.* — 23. cognationis *X.* [*unde?*] cogitationis *g* conditionis *C.* retorqueat ac revocet *Rtth. Verba quae sequuntur desunt in B.* ut exist. *ACDgpHKQVall.* ut tu exist. *Cet. omn.* estimas *ACefpHKQ.* — 24. vice *ACDRV11. T11. egpHKQ* vices *Cet. omn.* — 29. solvitur *HLNQα Wolf. Glar.* — 31. eius praes. *T2.* — 32. cuncta prospiciens vel conpl. *R.* reb. mod. omn.] *ACepHKQ* reb. omn. mod. *Cet. omn.* — 33. dedit post. *T2.* —

ita sint, manet intemerata mortalibus arbitrii libertas, nec iniquae leges solutis omni necessitate voluntatibus praemia poenasque proponunt. Manet etiam spectator desuper cunctorum praescius deus, visionisque eius praesens semper aeternitas cum nostrorum actuum futura qualitate concurrit, bonis praemia, malis supplicia dispensans. Nec frustra sunt in deo positae spes precesque, quae cum rectae sint, inefficaces esse non possunt. Aversamini igitur vitia, colite virtutes, ad rectas spes animum sublevate, humiles preces in excelsa porrigite: magna vobis est, si dissimulare non vultis, necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.

4. deus praesc. *C.* — 8. receptae sint *T1.* sunt *Vall.* — 11. est *om. D, Vinc. Bell. d. V,* 39. *VI,* 35. *et h. XXII,* 20. magn. est vob. *g* magn. insuper vob. *i.* — 12. indita *V2. L* indictae *eg* ind. est nec. prob. *Vinc. ll. ll.* probitas *A.* agatis *L.* — Explicit lib. boetii. *C.* cern. Amen. Eplic. lib. V. boetii. Deo gratias. *g.* cern. Finis omnium librorum bohecii *f.* —

ADNOTATIONES.

AD LIBRUM PRIMUM.

Carm. I. v. 2. *Debilis heu* coni. Barth. (Advers. XXIV, 15.), sed bene Notker, interpretatur: *Tie mih êr lêrton iocunda carmina, tiê lêrent mîh nû flebilia.* — V. 8. *solantur]* Sententia: Camoenae quae mihi iuveni olim gloria fuerunt, nunc me senem solantur. Male igitur distinxit Vall.: *rigant. Has ... iter; Gloria ... iuventae! Solantur* legerunt etiam Notk. et Max. Planudes, quorum ille vertit: *Er vvâren sie gûollichi mînero iûgende, nû trôstent sie mih âlten mînero misseskihte,* hic: *Δόξα δ' ἐμῆς νεότητος εὐπραγέος πάρος οὖσαι, νῦν παραμυθεῦνται γήραϊ δυστυχίην.* Cf. de hac scriptura Fr. Lindemann. Sel. e poett. latin. carm. Part. II. p. 118. — Post versum octavum in Barthii atque in pessimis Zwickav. (et in *f* et in eo, cuius var. lect. ad h. carm. in programm. [cf. Prolegom.] adnotavit Henr. Lindemann.) codd. hoc Ovidii (Ep. ex Ponto I, 4, 19. 20.) distichon insertum est:

,*Me quoque debilitat series inmensa malorum,*
Ante meum tempus cogor et esse senex'.

v. 15. *Eheu]* Burmann. ad Antholog. lat. Tom. I. p. 579. *heu heu*, quod in antiquo [?] suo cod. invenit, legi vult, eique adsentitur Fr. Lindemann. l. l., sed minus recte. Particulam enim *eheu* et in initio (cf. Hor. Epod. XV, 23. Virg. Ecl. II, 58. III, 100., vd. Val. Prob. institut. gramm. p. 1450.) et sub finem hexametri (cf. Hor. Sat. I, 3, 66. II, 3, 136. Sil. Ital. XI, 212. Anthol. lat. IV, 161, 3.

IV, 223, s. f. ed. Burm.) praesertim sequente *quam* poni satis constat, vd. Hand. Tursell. II, p. 359. Hauthal.. ad Pers. Satir. V, 137. et *Γ—ν* in Seebod. bibl. crit. a. 1823. p. 1103., qui de locis Horatianis, quos alio loco tractabo, multa disseruit. Ceterum observandum est, in antiquis (sec. X—XII.) codd. (vd. Broukh. ad Propert. II, 19, 22. Oudendorp. ad Apul. Met. p. 533. Peerlk. ad Hor. Od. p. 80.), non modo Horatii, sed etiam aliorum poetarum libris mstis in arsi versuum dactylicorum plerumque eam inveniri, nunquam in thesi (vd. Prop. III, 24, 36. Lachm., Ovid. Trist. V, 7, 20. lege: *Vivit in his heu heu* etc., nam illud *Naso* interpretatio est, nec vulgata lectio *igitur* loco convenire videtur), neque litteram *e*, si elidatur, locum habere (Catull. LXXVII, 6, 7. p. 68, 6: *Eripuisti heu heu* — *Vitae heu heu*). In aliquot codd. praesertim in vers. initio nonnunquam *heu* pro *eheu* scriptum extare non est, quod moneam, vd. infra III, carm. 8, 1.; codd. autem recentiores fere ubique *heu heu* exhibent, quo factum, ut in omnibus Tibulli, cuius poetae veteres usque ad hoc tempus non esse repertos notum est, editionibus hae voces his locis ab intpp. receptae sint: I, 4, 81. II, 5, 108. 6, 31. quamquam, quin exemplum ceterorum eiusdem seculi poetarum secutus Tibullus in arsi versuum altera particula usus sit, non dubito. Grammatici veteres de his particulis nihil certi tradunt, plurimorum enim sententia: *heu heu* in syllaba producta, *eheu* in correpta tantum a poetis usurpatum esse, multos VV. DD. in errores deduxit, cf. Weber. ad Virg. Eclog. II, 58. qui hoc discrimine servato multos versus paullo calidius mutavit. Haec autem Papiae verba a Burm. (Anth. I. p. 579.) adlata: ,*Heu heu interiectio dolentis, dysyllabum: utramque productam ponit Boethius*' corrupta et *eheu* emendandum esse, quis est, qui non videat? — v. 13. *nec se* placet etiam Barthio l. l. —

Cap. I. p. 2, 1. *tacit. ipse mecum* legit *A*, bene, cf. Sal. Cat. XXXII, 2. *multa ipse secum volvens*, LII, 2. *sententias nonnullorum ipse mecum reputo*, *ω* Iug. LXII. 9.; quem verborum ordinem Kritzio et Orell. improban-

tibus ex optimis et antiquissimis codd. recepit Gerlach. Apud Ciceron. vero verborum collocatio *nec. ipse* etc. frequentior altera esse videtur, vd. de Nat. Deor. III, 1, 1. de Fin. II, 23, 76. Cum initio huius capitis cf. Mart. Capell. I, 2. — 2. *signarem]* Sic bene codd. antiquissimi pro vulgata *designar.*, *sign.* enim *alqd stili officio* nihil aliud significat, nisi *litteris alqd mandare;* num compositum hac verborum coniunctione dicatur, dubito; cf. de usu verbi *design.* Schmid. ad Hor. Epist. I, 5, 16., Quinctil. IV, 1, 2. (II, 14, 1.) Cassiod. Var. I, 10.: *appellatione signare.* Composita autem et simplicia in hoc Boethii libello saepius inter se permutata sunt, ob eamque caussam optimos libros mstos secuti haec simplicia restituimus IV, 6. p. 93, 1. *signata;* I, 2. p. 5, 1. *cognoverit*, ubi *recognoverit* Vulp. placuit; II, 1. in. et V, 1. p. 97, 2. *orsa*, quod verbum apud seriores scriptores haud raro legitur, vd. Mart. Capell. I, 20 etc.; III, 9. p. 56, 15. *vestiganda* cf. III, carm. II, 1. ib. Sitzm., Cassiod. V, 14; IV, 4. p. 84, 9. *trusisti*, ubi *detrusisti* e codd. et edd. sec. XV. ab omnibus editoribus receptum erat; IV, 6. p. 88, 17. *nectit*, quod Helfr. in *connectit* depravavit, rel. Haec quae sequuntur verba, quoniam solum cod. *A* auctoritate nituntur, textui non inseruimus, sed hic defendere conamur: II, 5. p. 30, 7., ubi *miror* praecedenti *mirari* bene convenit, et IV, 3. p. 78, 21. *petatur*, quod cum *adpetatur* nonnunquam confusum est, vd. III, 8. p. 53, 1. De compositis, quae scriptori vindicavimus, haec sola proponimus: I, 3. p. 6, 10. *detrah.* vd. v. 20.; et I, 4. p. 9, 9. *reservav.*, quam vocem non latinam Pulmannus, Vulpius aliique iniuste dampnaverunt; sed cf. Cic. pro Milon. XXXI, 87.

p. 2, 11. *indissolubili mater.]* Quae scriptura, quam vett. edd. omnes praebent (num *Tπ.* et *R: indissolubilique* quaeritur, *Vα* et *Bosii* fragm. *que* omittunt), haud dubie vera est. Solet enim Boethius et in gradatione et fere ubique, si tria, quatuor etc. verba afferuntur, particulam copulativam *que (et)* aut omittere aut ultimum cum voce *ac (atque)* adnectere, cf. III, 12. p. 67, 11. IV, 6.

p. 88, 6. 20. Comment. in Cic. Top. p. 287, 6. (Baiter.) *ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectis loci*, quapropter emendavimus I, 4. p. 8, 21. *perpetrata*, quoniam ibi gradatio est. Vallin. verbum *que* addidit III, 2. p. 44, 6. *suffic. ... laetitiamque*, quia praecedit *voluptatesque*, sed fortasse ex antecedente *eaque* in hunc versum irrepsit particula copulativa. Equidem delerem illam, nisi item III, 9. p. 56, 24. contra Boethii quidem consuetudinem additam invenissem, quamvis hoc loco sive e praecedentibus sive e sequentibus versibus excidere potuerit. — p. 2, 24. *gerebat*, quod legitur in *A*, ferri potest, vd. Sen. Hipp. 324., nisi originem duxit e *ferebat*, cf. Mart. Capell. I, 7. ib. Kopp.

p. 3, 8. *innutritum attigistis* male retinuerunt interpp. recentissimi, etiam Londinensis (a. 1823.), quamquam est figura aposiopesis a Grammaticis nominata, qua ne optimi quidem scriptores abstinuerunt, cl. Drakenb. ad. Liv. I, 7, 2. XXII, 39, 16. et Feldhügel. in Jahn. Archiv. 1842. 2. p. 298. ubi locos omnes, in quibus Cicero hoc dicendi genere utitur, collegit. Barth. (Advers. XX, 14.) contulit: Virg. Aen. I, 202. *Quos ego, sed-*, Val. Flacc. Argon. I, 202. *Illum ego* etc. — *Enutritum* defendit V. quidam D. in Miscellan. Observat. Tom. VI, p. 554. conferens: Plin. h. n. IX, 37. et Vellei. II, 94., ubi *innutritum* scribendum esse intpp. iam docuerunt. — v. 16. *explorare tac. coepi* Graff. edidit, male; multo melius Notker: *Pegónda ih svîgendo chîesen, vváz si dára nâh tuôn vvólti.* — v. 19. *hum. maer. deiect.]* Barth. cod. et ed. Hagenav. 1491. (nisi est error typographicus) om. *in.* Cave ne ob praecedens *defix. in terram* lectionem cod. *A* praeferas: *defigere* enim *oculos in alqd* (*intuitum*, etc. I, 3. p. 5, 3.) est nostrum: *die augen auf etwas heften.* quare *defixi oculi* *starre augen*; *deiicere* autem *oculos* nostrum: *die augen niederschlagen*, alterum plerumque stuporis, alterum maeroris, cf. Obbar. ad Hor. Epist. I, 6, 12.

Carm. II. v. 3. λείψας πρὸς σκοτίαν εἶσι βαθεῖαν Planud., n cuius libro msto *extremas* fuisse videtur. — v. 12.

Conprensam in numeris (in *A* e dittographia litterae *m* natum), quod etiam Helmstad. 3. praebet, Vall. verbis poetae inseruit. Altera lectio Vaccae verbis ad Lucan. I, 640. (,*cursus astrorum numeris comprehenditur*, *unde Boetius* [III, carm. 9, 10.]: *Tu numeris elem. ligas*') confirmatur, qui hunc quoque locum ante oculos habuisse mihi videtur. *Comprehendendi* verbum cum praepositione *in* coniunctum num apud veteres in usu fuerit, ambigitur, sed *verbis comprehendere aliquid* (= *enarrare*) Cic. ad Attic. XII, 21. Ovid. Met. XIII, 160. Quinctil. VII, 4. et *numero qd comprehend.* Virg. Georg. II, 104. dixerunt, quare cur hic Boethio et Manil. Aston. I, 828. *comprehenditur igne* (vulgo *igni* ex paucis codd.) vindicaverim, nemo me vituperabit. Planud.: ἔσχεν ἄριστα μαθεῖν ψηφοφορήσας. — v. 14. *Afflamina . . . sollicitant . . . temperat* defend. Barth. Advers. XXIII, 10. — v. 18. *quis]* Haec scriptura, quam e duobus peioris quidem notae codd. recepi, v. 20. confirmatur, ubi omnes mei *quis* exhibent; constructio *quis spiritus plac. . . . quis spirit. dedit*, neque *quis* absolute accipiendum est. De hoc pronom. usu cf. quos laudant Jahn. et Forbig. ad Virg. Eclog. I, 19. Male igitur Planud. vertit: πνεῦμα ποῖον κινεῖ στεῤῥὸν ὄλυμπον, ἑσπέριός τε (lege ἑσπερίοις τε) πεσὼν ὕδασιν ἀστὴρ . . . τ ί ς δ' ἔαρος κιρνῶν εὔπνοον ὥρην ἄνθεσι καὶ ποίοις τὴν χθόνα κοσμεῖ, αὐξομένου δ' ἔτεος τ ί ς μετοπώρῳ etc.

Cap. II, p. 4, 1. *med. inq. temp. est non quer.]* Ita ex *A* cum Vallin. scripsi, sed cum et adverbia *magis* sive *potius* in reliquis libris mstis addita videam, et illud *non* paucis tantum defendatur, fortasse vocibus *potius* sive *magis* omissis emendandum est: *tempus est quam querelae.* Quod dicendi genus multi Sallustii, Ciceronis aliorumque editores his scriptoribus inculcaverunt, ubi particulae servandae sunt, quare hos Sallustii locos a Cortio et Kritzio correctos ex optt. codd. restituo: Catil. VIII, 1. *ex libidine magis quam ex vero celebrat*; IX, 5. *beneficiis quam metri imperium agitabant*, ubi Tegerns. Bern. IV. et optimi Leidens. *magis* agnoscunt; LII, 2. *res monet cavere ab illis magis quam quid in illis sta-*

tuamus consultare, ubi adverbium ne in uno quidem cod. deest. Observandum enim est, *quam* verba aliquot sequi, in quibus comparativi vis latet, quapropter in talibus enuntiationibus *magis*, *potius* etc. melius omittitur. His concessis *tempus est quam* idem valet, quod *melius est: probare, statuere, velle* sequente *quam* (cf. Tacit. Annal. I, 58. Nep. XIV, 8. Liv. III, 68.) idem, quod *malle, praestare quam; augeri quam* (Tacit. Ann. III, 17.) idem, quod *maiorem fieri* etc. Difficiliores ad explanandum hi sunt loci: Tac. Annal. IV, 61.: *Excessere insignes viri Asin. Agrippa claris maioribus quam vetutis*, ubi ad *claris* verbum *tam* neque *potius* (quod Ramshorn. §. 155. N. 2. placet) intellegas, cf. Annal. III, 8. V, 6; et Cic. de Nat. Deor. III, 25, 64. *Aliunde mihi quaerendum, ut et esse deos et quales sint, discere possim, quam quales tu eos esse vis*, ubi *quam* ad *aliunde* pertinet cf. Phil. II, 22, 53. Vd. de hac dicendi consuetudine, quos afferunt Kritz. ad Sal. Cat. ll. ll. Walther ad Tacit. Annal. I, 57. G. Hermann. de ellipsi p. 188. Rupert. in Indice ad Tacit. opp. III. p. 809.

Cap. III. p. 5, 3. *deduxi]* Murmellius edidit *diduxi* et adnotat: ‚*diduc.* enim *dividere* est, *aperire; deduc.* autem deorsum ducere. Cave ne hic *ded.* legas, nisi intellegas Boethium in altiore lectuli parte cubantem deduxisse, h. e. deorsum duxisse oculos in Philosophiam eiusdem lectuli extrema in parte considentem.‘ Sed vulgata lectio sincera est, vd. Ovid. Trist. IV, 2, 61. — p. 5, 4. *cuius ... obvers.]* E consensu optt. meorum librorum mstorum praepositionem *in* ab omnibus editoribus defensam delevi, quod *obversari* c. *in* et Ablat. raro et tum cum de locis sermo est, usurpatur, cf. Cic. Acad. IV. 45, 139. *mihi obversatur*, Tuscul. II, 22, 52. *animo obvers.*, Liv. XXXV. 11. *animis sed prope oculis obv.*, Liv. XXIX, 24. *vagati in urbe obversatique praetorio erant*, ubi pauci tantum codd. *in praetor.* ꝟ II, 36. — v. 9. *te alumne]* Animadverti in vett. libris mstis interiectionem *o* supra substantiva saepius scriptam inveniri, ut vocativus indicaretur, vd. Var. lect. ad III, carm. 9, 22.; delevi igitur eam hic

et II, 2. in.: *Quid tu homo*, quia in textu codd. eam omissam, in margine vero additam esse vidi; restitui autem III, 3, in., ubi in Graff. editione deest, sed in omnibus bonae notae codd. locum habet. — v. 13. *novum aliquid* cum Vall. recepimus. Solet enim scriptor perpaucis locis exceptis pronomen *aliquid* pro adiectivo uti, ob eam caussam etiam II, 5. pag. 30, 5. nunc cum *AC* scribendum esse arbitror: *si quid in hoc splendore praecipuum.* —

p. 6, 17. *Anaxagor.]* Cf. Diog. Laert. II, §. 12. Schaubach. Anaxag. p. 49. — *Zenon.]* Intellegendus est Zeno Eleates, cuius mortem veteres scriptores vario modo tradunt, cf. Diog. Laert. IX, §. 25—30. Cic. Tuscul. II, 22, 52. Nat. Deor. III, 33, 82. *accepimus . . . Zenonem in tormentis necatum.* — De *Canio Iulio* cf. Senec. de tranq. an. cap. 14., de *Seneca* Tacit. Annal. XV, 60. et de *Sorano* Asiae procons. Tacit. Annal. XVI, 23 sqq. —

Carm. IV. v. 5. *excitantis]* Quam Rud. Langii emendationem inde a Glareano omnes quod sciam intpp. in poetae verba inseruerunt, sed potest etiam *exigentis* legi, quod codd. compendiis alteri verbo propius accedit, vd. Propert. IV, 21, 2. (Lachm.): *Tu quoque qui aestivos spatiosus exigis ignes*; Ovid. Trist. V, 5, 31; Heroid. II, 114. *exigit Hebrus aquas.* Planud.: *οὔτ᾽ οὖν μιν μανίαι θοαὶ θαλάσσης ζειούσης βύθιον ῥοαῖς ἑλικταῖς* etc. — v. 11. *ferus* quod eidem Langio debetur cum adiectivo *saevus* saepissime permutatum est, qua de caussa hic locum quemdam e Senec. Hippol. (v. 642) ad vestigia cod. Florentin., qui recte v. 643. omittit, hunc in modum emendari licet: *intimis* f u r i t f e r u s *Visceribus ignis mersus.* — v. 13. *Ne*, quod etiam in edit. Colon. ai. 1589. (16.) extat, recepit Wolf. sed sine idonea caussa. Nam aut *nec* usurpatur pro *et ne*, de qua dicendi ratione dixit Wagner. in Quaest. Virg. p. 35., aut omissum est *si* (vd. Not. ad II, 1.), quod amplector cum Planude: *εἰ γὰρ μήτε φοβῇ τι, μήτ᾽ αὖ ἔλπῃ, ἐκλύσεις θράσος ἀλκιμωτάτοιο.* —

Cap. IV. in. *ὄνος λύρας*] Ex *ανονος, ανανος* etc. feci *an ὄνος*, cum *esne* ne in uno quidem vetere libro msto in-

venerim. In cod. Ioan. Caesarii (vd. Murmell. ad h. l.) scriptum erat: ἢ πρὸς λύραν ὄνος τελεῖς *an es asinus ad lyram.* Cf. de hoc proverbio Erasmi Adag. p. 143. ed. Basil. — Pro ἐξαύδα sqq. Rud. Agricola ἐξομολογῆσαι τί σὲ λυπεῖ *confitere quid te contristet* (vd. Murmell. ib.) —

p. 8, 18. *Conigastum]* Eumdem esse Cunigastum, ad quem Cassiodori Epist. VIII, 28. data sit, Vall. bene docuit. De *Triguilla* nihil certi constat. Notker: *Vvîo ófte íh conigaste d e m o g o t h o dánne er ánavártota vvéichero mánno gûot. Vvîo díccho ne stîez íh ten fálenzcrâven triguillen ába sînemo únrehte, dés ér begúnnen hábeta, únde íóh fólletân hábeta.* — p. 8, 21. *perpetrata]* De asyntheto iam supra ad I, 1. p. 2, 11. dixi. Vall. e *V1.* recipere voluit: *imperataque.* Offendunt sane verba *iam prorsus* quorum sensus esse debet: ‚ego ab iniuria eum detraxi, quam inceperat, quam i a m perfecerat.' Pater meus, quem de hoc loco consului, coniicit: *iam introrsus*, i. e. animo, provocans ad Hauthal. ad Pers. I. p. 8. (Lips. 1833. progr.) et ad Orell. ad Hor. Ep. I, 16, 45. —

p. 8, 28. *coemptio]* Pseudo-Thomas Aquinas (ed. Hagenav. 1491.): ‚*coemptio est institutio super aliqua portione danda de re emenda vel vendenda et vocatur vulgariter u n g e l t*'; Notker.: *chórnchóuf.* Sermo est de frumentis, quae exercitui coemebantur, vd. Cassiod. Var. V, 13. VII, 22. X, 18; cuius coemptionis edictum proscripsit Praefectus Praetorio, cui ut annonam militibus procuraret, demandatum erat, cf. Cassiod. V, 3. Provinciae omnes coemptione indicta frumenta fisco vendere cogebantur, vd., quem affert Sitzman. ad h. l., Cuiac. Observat. I, c. 35. et commentar. ad Cod. l. X. t. 27. Male interpp. quidam hanc vocem ita accipiunt, ut provinciales annonam e fisco emere coacti fuerint. — *Campaniam* eo tempore saepius Vesuvio grassante prorsus esse vastatam docet Cassiod. Var. XII, 22. Vd. etiam Sitzm. ad h. l. —

p. 9, 2. *Paulinum]* Decium Paulin. ao. 498. p. Chr. cum Ioanne Scytha CS. (cf. Cassiod. Var. I, 23. II, 3. III, 29. Orell. in Onomast. Tull. III. p. CXLI.), non

Dec. Paulin. iunior. anno 534. CS. esse intellegendum Vallin. optime docuit. — p. 9, 3. *palatinae canes]* Quam scripturam e consensu septem optim. et vetustissimorum codd. Boethio vindicavimus. Verbum enim *canis* generis feminini est, si de *canibus venaticis* et hominibus scelestis canibus comparatis agitur, vd. Plaut. Poenul. V, 4, 64. Hor. Epod. II, 31. V, 58. ib. Schol. Acron. et Peerlkamp., intpp. ad Lucret. I, 398. Virg. Aen. VII, 493. Apulei. VIII, p. 155. (ed. Elmenh.) Lucan. I, 528. IX, 141. Schneid. Gram. Tom. II. p. 99. Nonnunquam autem VV. DD. male locos mutaverunt cum in uno alterove libro msto adiectiva genere feminino addita invenerunt: Lucan. IV, 441. VII, 828. Stat. Theb. X, 127. 353., ubi in opt. codd. masculinum esse cognovi. Loci: Ovid. Metam. III, 140. VII, 769. et 409. iam a Iahnio V. Cl. correcti sunt, Ovid. ex Ponto II, 2, 38. *infestos canes* Ib. 199. *avidi canes* et Senec. Oedip. 931. *rabidos can.* cum omnibus libris mstis legendum esse censeo; neque Wagneri sententiam probo, qui Georg. I, 470. ex Mediceo solo *obscenae can.* in textum recepit, cum Roman. optimus et ceteri omnes *obsceni* praebeant: contra Aen. VI, 257. *visaeque canes ululare per umbram* defendo, quia hunc versum ita legit Acro ad Epod. II, 31. (vd. supra). Num Lucan. I, 549. *flebile saevae (saevi) latravere canes* vera sit scriptura, dubito, nam cur canes nominantur hic *saevi?* Mihi in mentem venit *Scyllae* scribendum esse (quam coniecturam Cortium iam fecisse postea animadverti), quod loci sententiae bene convenit. Graeci quoque *canem venaticum* genere feminino dixere, vd. Aelian. hist. animal. III, 2. — p. 9, 5. *Albin.]* Loquitur scriptor de Albino iunior. cum Anastasio et Eusebio II. anno 493. CS., cf. Cassiod. Var. I, 20. IV, 30. Ennod. II, 21. (II, 25?) Ne confundas cum hoc Albino, quem Boeth. (p. 289. 1379. ed. Glar.) et Cassiod. (de Musica p. 576. ed. Forner.) geometriae et dialecticae scriptorem laudant. Albinus alius commemoratur ab auctore inepti *De disciplina scholarii* p. 1279. 1282. — p. 9, 6. *Cyprian.]* Hic Cyprian. anno 454. le-

gatus ad Iustinianum Constantinopol. missus frater Opilionis fuit, uti vere demonstravit Sirmond. ad Ennod. V, 3. Vd. etiam Vall. ad h. l. Opilionis cuiusdam (num eiusdem?) fit etiam mentio ab Ennod. I, 26. V, 21. — p. 9, 7. *exacervasse]* Sententia: Num satis in me discordias cumulasse videor? Mirum est, quod Cally. lectionem Pulmannianam *exacerbasse* defendens vocem *exacervare* non latinam et ἅπαξ λεγομένην dampnat. Veteres scriptores ea abstinuisse et *acervare* sive *coacervare* scripsisse verum quidem est, sed *exacerv.* apud Ammian. Marcell. XXIII, 5. *[Plebs exacervantia in se tela declinans]* in codd. omnibus legitur. — p. 9, 10. *percussi* etiam *X.* — p. 9, 11. *Basil.]* Quem olim artis magicae accusatum fuisse tradit Cassiod. Var. IV, 22. 23., cuius autem mentio fit II, 11. IV, 40. alius est, quem cave, ne cum hoc Boethii delatore permutes. — p. 9, 13. *Gaudent.]* De hoc nihil certi dici potest, estne idem, de quo loquitur Cassiod. Music. p. 576? — p. 9, 17. *intra]* Hanc optimorum codd. lectionem loci sententia postulat, sicut apud Cassiod. I, 2. ubi *intra* in codd. omnibus extat, *infra* vero edd. recentiores tenent. — p. 9, 18. *notas]* Vulp., et qui eius vitia semper tuetur, Helfrecht. e Rittershus. libro msto *notis* receperunt: nos vulgatam scripturam restituimus, quoniam tales, quales vulgo graecas vocabant constructiones, Boeth. saepius usurpare solet, cf. II, 1. p. 20, 11. *perniciosa ludentem* III, 3. p. 45, 19. *ut aliquid semper angerer* III, 12. p. 68, 21. *magna laceranlem* etc. — p. 9, 20. *in eodem]* Praepositionem codd. bonis flagitantibus addidi, cf. Intpp. ad Liv. II, 25, 15. Weissenborn. gramm. latin. §. 124. A, 3. — p. 9, 24. *vilitatis* Petri Fabri cod., vd. Barth. Advers. XLIX, 3.

p. 10, 13, *falso]* Cum in *A* legatur: *falsisque*, Boethius *falsis* scripsisse mihi videtur, quod et deteriores duo codd. praebent et Glarean. iam in textum recepit. — p. 10. 25. *posse contra]* Edebatur vulgo: *posse vero contra.* Solet autem scriptor in enuntiationibus contrariis particulas et copulativas et adversativas omittere, cf. II, 4. p. 27, 13. *expertus ignoret, inexpertus exhorr.;* IV,

4. p. 84, 2. *dies inluminat*, *nox caecat*, etc.; qua de caussa neque hic neque his qui sequuntur locis ad optimorum librorum nostrorum fidem vocem *vero* delere dubitavimus: v. 29. *unde mala*, *bona unde sqq.* III, 5. p. 23, 3. *animantibus ... hominibus vitio venit.* —

p. 11, 25. *convinci]* Minus recte VV. DD. vituperaverunt Boethium, quod *convincere* hic posuisset, cum dicatur de iis, quorum crimina testibus sunt manifesta; sed scriptorem ironice loqui animadvertes. Ceterum constructio minus usitata est: nam verbum *convincendi* sive cum genitivo (Cic. Lael. XVII, 64.) sive cum praepositione *in* (Cic. pro Sulla XXX, 83. Invent. II, 10, 32.) et apud seriores (cf. Walther. et Rupert. ad Tacit. Ann. XI, 2, 1. Bremi. ad Suet. Claud. XIV. p. 444.) cum ablativo coniungitur, sed cum praeposit. *de* apud alios scriptores coniunctum me invenisse non recordor. — p. 11, 28. *sacrilegio]* Pseudo-Thomas Aquinas et eius cohors hanc vocem de arte magica volunt intelligi, quare Cally. *sortilegio* scribendum existimat, male. Nam neque de νεκρομάντεια neque de rerum sacrarum furtis agitur, sed hoc verbum eodem sensu, quo legitur in Cod. Theodosiano, usus esse mihi videtur Boethius, ubi *de iis qui leges constitutionesque violant*, *et de iis qui maiestatis accusantur*, dicitur, cf. l. II, 6. tit. 5. l. 30; 7 tit. l. 4. l. 15. 24. et ceteros quos Gothofred. in glossar. nomico in Cod. Theodos. affert locos. —

p. 12, 1. ἕπου θεῷ cf. Erasm. Adag. p. 400. ed. Bas. — p. 12, 5. *sanctus actu ipso]* Eieci *Symmachi* nomen, quod glossema paucis tantum in libris [in uno sec. XIII.] legitur. Male autem *sanct.* interpretantur *pium*, quamvis nihil aliud significet nisi *ab iniuria vacuum* (cf. Symmach. Ep. II, 11.), et ob eamdem caussam cum sequentibus *actu ipso reverend.* i. e. *suis ipsius factis*, bene conveniat. Itaque neque Sitzmani suspic. *ac tu ipsa*, neque Barthii (Advers. LVI, 10.) *et aeque casu ipso* probo; sed vd. IV, 6. p. 91, 13. *cunctis virtutibus absolutus sanctusque* [quod bene vertit Freytag: *rechtschaffen*] *ac deo prox.* ib. 16. ἀνδρὸς δ' ἱερου etc. — p. 12, 8. *vide-*

bim adf. fuisse] Bene futurum tempus restituit Vall., cf. III, 10. p. 61, 18. V, 1. p. 98, 16. V, 3. p. 103, 17. — p. 12, 20. *adfigitur]* Bene, vd. Arnob. adv. Gent. VI. 1. *Consuestis crimen nobis maximum impietatis adfigere,* ubi codd. deteriores male *adfingere* habent. — p. 12, 24. *fluentes*, quod etiam in *C* gl. legitur, veram scripturam esse suspicor, vd. II, 8. p. 39, 13. *Itaque illam videas ventosam, fluentem,* cui voci *sobriam* opponitur. —

Carm. V, 2. *fixus* Barth. cod. (Advers. LVI, 10.) qui conf. III, carm. 9, 1—3. — v. 6. *fratr. obv.* probat et Barth. l. l. Planud.: *Πασῶν ἀντίον ἀκτίνων ἡελίου, ἄστρα καλύπτειν μείονα μήνην,* ad sententiam cf. Horat. Carm. I, 12, 46. Epod. XV, 2., quem Boethius imitatus esse videtur. — v. 38. *mendaci* legitur iam in ed. Colon. ai. 1589. —

Cap. V. p. 14, 5. *quam procul ... ac si te]* Hanc omnium vett. codd. scripturam recepi; particula enim *quam* hoc loco eamdem fere habet significationem, quae ei est ante superlativum, neque inepte glossa cod. *A* vertit *valde*, vd. Terent. Eunuch. II, 3, 43. *Adcurrit ad me quam longe quidem;* Cic. ad Attic. X, 10. *tuum consilium quam verum est* etc. — p. 14, 11. *εἷς κοίρανος ἔστω* Homer. l. l. (vd. Var. lect.) et Aedicollii cod., cf. Murmell. ad h. l. — p. 15, 11. *gestorum tibi p.]* Hieron. Wolf. distinxit: *gestor., tibi pauca dix.. Gestor. tibi* barbaram constructionem dampnat Helfr., etsi apud antiquissimos et optimos scriptores imprimis particip. perf. pass. et quae cum hoc componuntur tempora cum dativo (praesertim pronominis) ita coniuncta inveniri satis constat, vd. intpp. ad Cic. Brut. LVIII, 210. Madv. ad Cic. de fin. I, 4, 11. Klotz. ad Tusc. IV, 19, 44. Pabst. ad Tac. Dialog. de Orat. IV, 3. *mihi satis superque sudatum est.* Sed cave ne in his locis, in quibus pronomen personale cum passivo copulatum reperies, dativum pro ablativo cum praepositione *a* poni statuas: est enim dativ. commodi sive personae, vd. Plin. epist. VI, 24. *mihi auditum est (für mich = von mir wird gehöret)*, itaque *gesta tibi: das für dich (von dir) ausgeführte;* Tac. Annal.

XI, 29. *mihi narratur.* Multis tamen in locis ablativus cum passivo coniunctus legitur, quem intpp. pro dativo habuerunt, Hor. Sat. I, 6, 160. *coena ministratur tr. pueris;* frequentissime apud verba *dicendi* etc., vd. Hor. Carm. I, 6, 4. *Scriberis Vario ... alite*, ubi Dillenburger. (Quaest. Horat. I, p. 8—11.) male Passerat. coniecturam *aliti* defendit, Tacit. Ann. I, 1. IV, 6., Obbar. ad Hor. Ep. I, 1, 94. p. 97. Huc etiam pertinet Boethii V, 4. p. 105, 2. quo *agitata* idem valet quod *tractata* et *M. Tullio* non dat., sed ablat. est, neque quidquam refert, quod dativ. p r o n o m i n i s cum participio sequitur. Non mutavimus II, 7. p. 36, 15. *a nobis... incolatur*, quia *A* et *Victorin. I.* particulam *a* servant [ex interpretatione Notker. in eius cod. praepositionem non fuisse fortasse concludi potest: *táz sî chît nobis cognitis táz chît sî ex persona hominum]* sed ad eorumdem codd. fidem praepositionem delevimus III, 10. p. 60, 3. et III, 11. p. 63, 2.

p. 15, 19. *conquestusque non]* Omittitur haud raro verbum substantivum cum apud optimos scriptores (cf. Obbar. ad Horat. Epist. I, 7. p. 350. Orell. ad Satir. II, 1, 67. Kopp. ad Mart. Capell. I, 18. p. 57.) tum apud Boeth., quapropter e codd. nostris veteribus hos, qui sequuntur, locos emendavimus: I, 4. p. 8, 14. I, 6. p. 17, 11. II, 1. p. 20, 4. II, 5. p. 30, 10. III, 11. p. 63, 10. IV, 7. p. 95, 8. V, 4. p. 101, 21. etc. Restituimus autem copulam II, 6. p. 33, 10. ubi Graff. eam male omittit, IV, 2. p. 74, 18. et IV, 7. p. 95, 6. De collocatione infinitivi *esse* vd. ad III, 1. p. 41, 1. —

Carm. VI. v. 3—5. Bene confert Sitzman. Virg. Georg. II, 222 sq. et Tib. II, 6, 22. *Spes alit agricolas, Spes sulcis credit aratis Semina* etc., e quo versu scripturam *tradidit* falsam esse adparet. —

Cap. VI. p. 16, 17. *deo regi]* Omisi praeposit. *a* et hic et III, 12. p. 67, 1. quod loquendi genus Boethio est proprium, vd. I, 3. p. 6, 26. Apud Ciceron. (Ha-

rusp. resp. 19.) quoque *numine deorum regi* invenitur. Ablativ. etiam reposui II, 2. p. 21, 8. (cf. Ovid. Fast. I, 33.) —

p. 17, 11. *verum ... mores]* Non improbat Vall. lectionem cod. Thuan. I., sed *perturbationibus moribus* sine dubio ad illud homoeoteleutorum genus pertinet, de quo in proleg. verba fecimus. *Perturbationibus* extat etiam in *A*, quare, si quid mutandum, legas: *his perturbationibus morum ea val. est.* — p. 17, 23. *exulem te]* Male Pulm. Vulp. et Helfr. pronomen *te* et hic et II, 5. p. 30, 30. non agnoscunt; nos delevimus I, 5. init., ubi plurimis VV. DD. codd. deteriorum lectio *exulem te cogn.* adrisit, sed vd. II, 4. p. 25, 4. *recol. vehem. coq.* — p. 18, 5. *tempus est]* Omisi *uti*, cf. I, 2. in.

Carm. VII, 19. *Obice]* De syllaba producta vd. Virg. Georg. IV, 422. Claud. Rapt. Proserp. I, 171. Ceterum *obicio*, *adicio*, *subicio* etc. non *obiicio*, *adiic.*, *subiic.* scribendum esse non solum Boethii vett. codd. sed etiam Ciceronis (cf. Ellendt. Emendation. in Cic. libr. de Orat. [Isleb. 1839. progr.] p. 13. Wunder. pro Planc. p. XII.), Livii (vd. intpp. ad II, 10, 9.), Virgilii (Iahn. ad Georg. IV, 243. et Wagn. ad Aen. XI, 625.), Horatii (Orell. ad Epist. I, 16, 62.), Lucani (VIII, 796. IX, 188.), Senecae (Both. ad Phoen. 426. Tom. I, p. 164.), Prudentii (Hymn. I, 97.) aliorumque (Lindem. ad Pompei. Cn. A. D. p. 75.) nos docuerunt, quare alterum *i* in his quae nominavi verbis ubicumque expunximus, cf. III, 4, p. 47, 8. — In editione Hagenav. (= *H*), quarum primae plagellae multis erratis typographicis scatent, versuum ordo hic est: 1. 5. 9. 13. 17. 2. 6. 10. 14. 18. 3. 7. 11. 15. 19. 4. 8. 12. 16. 20. 22. 21. 23. 24.... 31.

ADNOTATIONES

AD LIBRUM SECUNDUM.

Cap. I, p. 19, 18. *discederes]* De imperfecto, quod primus restitui, cf. Haas. ad Reisig. Grammat. N. 479. *Disced.* h. l. idem significat quod *relinquere*, *ab aliqua re abstinere*, sed *deced.* idem quod *abire*, bene igitur I, 4. p. 9, 18. *Rav. dec.* ubi Sitzm. *disc.* coniecit (cf. Cic. Tusc. II, 25, 61.) et IV, 6. p. 93, 1. *ab ord. deced.*; contra *disced.* retinendum est II, 1. p. 20, 16. II, 2. p. 22, 31. II, 8. s. f. etc. — p. 19, 23. *vernula]* Codd. *vernacula*, quod probo, vd. Mart. Capell. VI, in. *Vernaculae Bromiales tantos cachinnos tulere* etc. Senec. de Benef. VI, 11. in. Prosper. Aquit. de Praedict. I, 11. *vernaculus* (= *servus* in domo mea natus) *meus heres mihi fuit.* —

p. 20, 3. *Tu fort.]* Male e recc. codd. intpp. *si* addiderunt, vd. III, 8. p. 52, 5. IV, 4. p. 84, 5.: correxissem quoque IV, 4. p. 81, 11. sed obstant p. 82, 3. *Nam si* etc. Cf. de particula *si* omissa Matth. ad Cic. pr. Sext. 42, 92. Kritz. ad Sal. Iug. 64, 5. Heinrich. ad Iuv. VIII, 24. — p. 20, 10. *perfidam]* Saepius Boethius adiectiva ad substantiva, quae longe praecesserunt, refert, vd. III, 9. p. 56, 21. etc. *Perniciosa ludent.* etiam Graff., ut videtur, e cod. Sangall. edidit, vd. Not. ad I, 4. p. 9, 18. — p. 20, 17. *ex arb.]* Illud *ex* intpp. quia latinum non esse iudicabant, omiserunt: *ad arb.* (= *nach willkühr*) Latinos quidem dixisse negari non potest, vd. Forcellin. s. v. *arb.*, sed invenitur etiam *ex libidine* cf. Sall. Cat. VIII, 2. Iug. XL, 5. XLII, 4. Hand. Turs. II. p. 651 sqq. et infra V, 4. p. 105, 23. — p. 20, 27. *tu tibi dom.]* Similiter restituimus II, 5. p.

31, 2. Animadvertendum autem est nominat. casum plerumque in hac coniunctione anteponi, et accus. et ablativ. ceteris postponi, vd. II, 2. p. 22, 4. II, 5. p. 27, 33. *tibi de ipso* (de qua formula cf. Klotz. ad Lael. I, 5, p. 93., qui laudat Hoffmann. in Iahn. Annal. VII, 1. p. 33 sqq.); sic etiam *alii aliis* Cic. Off. I, 17. 53. II, 18, 64. ib. Beier., rarius *omnibus omnia* Cic. Verr. I, 49. *aliis aliud* Brut. 22, 87. Republ. I, 32., de qua inversione vd. Goerenz. in Iahn. Annal. 1826. I, p. 43. Mutavimus e codd. quoque II, 2. p. 21. 4., quamvis vulg. lectio *tua tibi* defendi possit. — p. 20, 27. *inpat. sort. exacerb.]* De ponomine *tua* omisso, vd. ad II, 3.; futurum vero, quod valde offendit, ortum est ex compendio *exacerbauis*, quare corrigas *exacerbaveris*. —

p. 21. 2. *inpellerent]* Bene, plerumque enim in verbo *flatus* plurali numero Boeth. utitur cf. I. carm. 2, 4. II. carm. 2, 1. etc., vd. etiam I, 3. p. 6, 23.; *promoveferis* correctio librariorum est, quos scriptorem pronom. nonnunquam omittere fugiebat, cf. IV, 2. p. 76, 11. Ramsh. gr. lat. 168. Not. 10. p. 635. Osenbrügg. ad Cic. pro Mil. XIX, 52. Pabst. ad Eclog. Tacit. p. 316. —

Carm. I, 2. *exaest.]* Quod apodosis cum hoc verbo incipit, *et aest.* ferri nequit: de verbo ipso vd. intpp. ad Ov. Met. VI, 623. XIII, 559. 867. Trist. V, 1, 63. Stat. Theb. XI, 297, et sine dubio restituendum est e cd. Flor. Lucil. Aetn. 181. *penitusque exaestuat ultra.* — v. 5. *aut]* Vd. Hand. Turs. I, p. 545. Wagn. Quaest. Virg. XXXVI, 11. Iahn. ad Aen. III, 43. (ed. 2.) Forbig. ad Aen. IV, 399. Fikenscher. in Allg. Schulzeit. 1829. II. N. 82. Haase ad Reisig. gr. lat. p. 420. Planud.: *ἤδ' οὐκ ἐπιστρέφετ' οὐδ' ἀκούει δυστήνων θρήνους.* — v. 8. *Suisq. magn.]* Barth. Adv. XVII. 13. *Dignumque risu*, Askew. in specim. novae edit. Aeschyli (Lugd. Bat. 1746., vd. Hagenbuch. de diptych. Brix. p. 51.) *Magnumque seclis*, et alii alia coniecerunt. *Suisq. magn.* edidi, ut metro satisfacerem, estne autem *Magnumque stultis* legendum? Planud.: *ὑπέρμεγα σφετέροις τε* (male Weber. *σφέτερόν τε*) *φαίνει τέρας* etc.

Cap. II. p. 22, 3. *habes]* Vall. cum ceteris *habe* e coni. ut videtur Crescii. Indicativum restituimus quoque IV, 1. p. 71, 12., ubi sententia: *Certe (=profecto) vides hanc sententiam admiratione dignam esse.* — p. 22, 8. *affirmarem]* Imperfectum bene se habet; cf. III, 4. p. 48, 8. III, 10. p. 61, 14. III, 12. p. 68, 8. — p. 22, 21. *lege, ne, cum]* Cod. *A* solus veram lectionem servavit; simillimus est Cassiod. I, 8., ubi in aliquot edd. et codd. male *ne uti* extat. — ib. 29. *δύο τοὺς πίθους... κάλων]* Graff. cod.: *duis pithus ton men ena kakon ton de eteron elon*, Vict. 1. *ελον*, quare Vall. Boethium scripsisse suspicatur, *ἕτερον δὲ ἐάων*, sed vd. Not. ad V, 2. Ceterum expungere malo illud *τοὺς* quod mei libri msti non agnoscunt.

Carm. II, 1. *rapidus* epitheton est fere perpetuum fluviorum (vd. I. Carm. 5, 46. ubi *rabid.* male Wakef. ad Lucret. V, 1001. defendit, Tibull. I, 2, 40. 44. [Grupp. male *rab.* coni.] Ovid. Met. II, 637. VI, 399. VII, 6. Lucan. III, 235. Cassiod. III, 30. lege *rapid. aquas*, codd. *rab.)* et ventorum (I. carm. 5, 3. Ov. Met. I, 36. Iahn., III, 209. XIV, 746. Lucan. I, 465. V, 612.) *rabidus* autem de furore et ira (III, carm. 2, 16.) nec raro de canibus dicitur, vd. Virg. Aen. VII, 493. Ovid. A. A. II, 374 ib. Heins. Senec. Oed. 931. Stat. Theb. I, 589. Lucan. VI, 65. Substantiv. *rabies* de ventis nonnunquam usurpatur, cf. Intt. ad Ovid. Met. V, 7. — 14. *Alios]* Id est: *non vulgares*, vd. Stat. Theb. I, 45. *alio horrore*, VII, 807. ibidemque 457. lege: *Rumor ubique alius pluresque adnuntiat hostes, Maioresque timor* (Codd. *alios*, Gron. *altus); Cort.* ad Lucan. VIII, 586. ubi affert: Auctor. de vita contemplat. II, 5. *aliae prudentiae.*

Cap. III. p. 23, 2. *aut... quer. tuam]* Mutavi cum Vall. *at* in *aut*, quas particulas saepe confusas essse constat, vd. IV, 2. p. 73, 15. Tum cum *A* pron. person. et hic et I, 6. p. 17, 2. omiserim, quod a scriptore in similibus enuntiationibus omissum esse cognovi, I, 4. in. II, 1. p. 20. 28. Recepi vero II, 4. p. 26, 5. pron., quod omnes mei codd. excepto *i* exhibent. — p. 24, 2. *adversum]* Cf. I, 4. p. 8, 30. — p. 24, 4. *sese pen.]* De hac con-

structione vd. Plaut. Amph. I, 1, 94. Gell. N. A. V, 14. *specum quamdam nactus in eam me penetro et recondo;* Barth. Advers. XX, 14. Similiter *sese emergere* dixit Cic. Harusp. resp. 25. — p. 24, 7. *summor. vir.]* Fortasse Festi et Symmachi, vd. Prolegom. cap. I. Mox *soceri* parentes Rusticianae sunt, cl. Virg. Aen. II, 457. ibi Serv., Iacob. Quaest. epic. p. 40. et Disput. de usu pluralis num. (Port. gymn. propr. 1841.) p. 28. 41. Vulgo Festum et Symm. Elpidis et Rustic. patres intellexerunt, vd. Proleg. — p. 24, 14. *sumptas... dign.]* Patriciatum, quem tunc magnum praemium fuisse docet Cass. Var. I, 3. III, 4., et Consulatum intellegit. — p. 24, 16. *Si quis enim]* Desiderabatur vulgo coniunctio caussalis: emendabo statim Comm. in Top. p. 762. ubi *si enim quis diiudicare necessaria sciat*, pro *si quis enim* male scriptum extat. Ceterum apud Boeth. semper *quis est enim*, et *quis est igitur* nunquam *quis en. e.* et *quis ig. est* legi significabo, cf. II, 1. p. 20, 1. II, 4. p. 27, 1, etc. Apud Cic. uterque verborum ordo sed sensu diverso invenitur, vd. Klotz. ad Tusc. IV, 1, 2., cf. etiam Otton. ad Cat. mai. Excurs. I. p. 222., eius libri censor. in Commentar. litt. Lipsiens. 1834. N. 237. Hand. Turs. II, p. 400. et Allgem. Schulzeit. 1832. N. 109. — p. 24, 19. *cons.... larg.]* Vd. prolegom. cap. I., Gell. III, 18. Cass. VI, 1. et de largitione consulum in edendis ludis scenicis Vopisc. Aurel. 6. Dion. Cass. LV, 17. — p. 24, 26. *munus quod etc.]* ‚Neque enim quisquam neque princeps eodem anno duos filios Coss. et quidem pueros vidit. Olybrium et Probinum, Probi filios, in consulatu collegas Roma Coss. 395. spectavit, sed iam viros.' *Vall.* — p. 24, 28. *praestr.]* Vall. *perstr.* Utrumque ferri hic potest, quare quod in codd. inveni, edidi. Sed *praestring. oculos* est *hebetare (diruere) oculos, caecum quem facere*, vd. Cic. Cat. mai. XII, 42. N. D. III, 29, 73. Sil. It. I, 358. Lucan. I, 154. [reponendum est Val. Max. II, 10, 6. IX, 1, 5. Prud. Apoth. 405, 503. contra Symm. I, 166.], similiter *mentis aciem praestr.* de Div. I, 29, 61. ib. Gies. *Perstring.* autem *tangere* est ac *laedere* neque *diruere*, *oc.* igitur

perstr. respondet nostro *die augen blenden*, quare bene Herzog. Quinct. X, 1, 30 id verbum recepit, quoniam ibi de armorum fulgore sermo est; cf. Claud. Cons. Stil. I, 200. Lindem. ad Plaut. Mil. Glor. I, 1, 4. —

p. 25, 6. *fort.]* Omisi *rebus* quod in *A* a 2. m. legitur, cf. V, 4. p. 105, 27. Not. ad II, 1. p. 20, 10.; dele idem verbum in Comm. in Top. p. 311, 7. ubi deest in Einsied. cd., et 366, 27 (*Quae postpositiones in disiunctis rebus medioque carentibus rebus ratam etc.*) alterum *reb.*, vd. ib. v. 32. Contra recepi V, 4. p. 106, 27. ex codd. omnibus, estne vero *futurarum* ibi scribendum? — ib. *referre]* Gl. *A: distare.* Male correxit Bentlei. V, 3. p. 103, 5., quamvis apud optimos scriptores *refert* nonnunquam absolute dicatur; Sal. Iug. CXI, 1. Ov. Met. XIII, 268. Hor. Sat. I, 1, 50., ubi *viventi* dat. commodi sive personae est, cf. Kirchn. ib.

Cap. IV. p. 26, 15. *quoque]* Lectionem a Vall. inductam in textu posui, sed praeferenda mihi videtur *et quo*, cum *que* pronom. relativo additum apud Boeth. non legi, quare etiam V, 3. p. 103, 24. emendavi. Num apud Ciceron. haec locutio, quae apud Quinctil. et poetas frequens est (Osann. adnot. crit. in X. libr. Quinct. Inst. P. I. p. 14. II, p. 6. [Giss. 1842. progr.] et Intpp. ad Virg. Georg. I, 51. Ov. Her. XV, 129.), inveniatur, Madv. ad De Fin. V, 21, 60. dubitat [cf. Or. I, 1.?]: sed pron. interrogativo saepius partic. *que* adnexam invenies, vd. infra III, 12. p. 67, 3. V, 3. p. 101, 24. Kritz. ad Sal. Cat. XXIII, 4. Fabr. ad XXI, 1. — p. 26, 25. *quando]* Bene, cf. III, 2. s. f. Comm. in Top. Cic. p. 285, 11. 302, 30. Cass. I, 1 in. 4 in., ubi codd. deteriores *quoniam* exhibent, Madv. ad De Fin. p. 649. 735. — p. 28, 3. *nec est s. b.]* Sententia: ‚Si beatitudo summum bonum iure vocatur, neque summ. bonum ullo modo possidenti eripi potest, alioquin summ. bon. esse nequit, nemo dubitabit etc.' Similiter *illud*, quod vulgo inserebant, interpretis esse mihi videtur, II, 5. p. 32, 9., ubi *ullum* ex optimis meis codd. restitui; vd. Cic. de Fin. III, 1, 2. — p. 28, 6. *quin]* Codd. vett. omnes post *adspir.*

negativam partic. inserunt, quare V. quidam D. sec. XV. pro *quin* scripsit *quod*, quae particula huc usque ab editoribus quod sciam omnibus defensa est. Latet vero in *manifest. est* notio *non dubitandi* sicut in *sequestrari nequit*, si lectio certa, vd. Not. ad III, 2. p. 43, 30. *Quin* posuit etiam scriptor post *negari neq.* III, 10. p. 58, 7, cf. Liv. XXX, 36, 2., et post *lib. me fuisse an.* III, 3. p. 45, 18. quam constructionem ad eas refero, de quibus pluribus egit *Haas.* ad Reisig. p. 577. N. 492. A. —

Carm. IV, 8. *Bibul.]* Planud.: ὄρεος φυλάξετ' ἄκρην ψάμαθόν τ' εὐστυφέλικτον. ‚Vox nova; in cod. Boeth. apud Plan. pro *bibulas* aliud fuisse videtur verbum'. *Weber.* In textu aliud verbum non inveni, sed in comment. Gothani III. *(= p): bib. siccas. densas*, quae vox graecae εὐστιφέλ. bene respondet. —

Cap. V. p. 29, 3. *momentaria]* Hoc adiectiv. a substantivo secundum gramm. regulas formatum, quod etiam Apulei. Met. V, p. 164. Elmenh. usurpat, Vallino praecedente Boethio vindicavi. *Momentaneus* legitur apud Fulgent. Myth. II, 17. Tertull. de resurr. carn. 42. adv. Iud. 9., sed Liv. II, 7. *tam levi momento mea apud vos fama pendet* iam Drakenb. edidit. — p. 29, 6. *vestra* codd. lectio est et Boeth. ita scripsisse mihi persuasi, tum vero legatur necesse est *sua* pro *sui*, quod in libris mtis non vidi; cf. IV, 2. p. 76, 24. — p. 29, 8. *magis]* Dele comma post *mag.* positum, quod haec vox cum sequente *melius* arte coniungenda est, vd. I, 4. p. 9, 9. III. carm. 1, 10. Culic. 78. — p. 30, 5. *praecipui*, cf. ad I, 3. p. 123. *Illa*, quod *A* om., bene potest omitti. —

p. 30, 8. *membrorum* etiam Tr. et Vii. non habent, sententia: ‚quomodo quid pulcrum esse potest, cui deest, motus internus et coniunctio interna.' — p. 30, 31. *sint]* Observandum est seriores scriptores in enuntiationibus hypotheticis coniunctivum frequentius poni quam veteres, vd. I, 3. p. 6, 23. II, 3. p. 24, 30. II, 7. p. 36, 12. 37, 24. IV, 2. p. 74, 27. IV, 4. p. 83, 31. etc. Comm. in Cic. Top. p. 277, 35. 278, 2. 284, 34. Cassiod. III, 1.

11. 23., etiam sequente futuro tempore cf. II, 1. p. 19, 10. Orell. ad Cic. pro Coel. §. 29. p. 28. — p. 30, 31. *sin vero]* Apud vett. scriptores has particulas non legi neminem fugiet, dicebant enim sive *si vero*, sive *sin* sive *sin autem*, quare Ochsner. (Cic. Ecl. p. 233. ed. 3.), qui *sin v.* Ciceron. (Lael. XVII, 63.) scripsisse opinatur, erravit, sed saepius apud Iustin. (XVI, 4, 14. XXXI, 5, 7.), Gaium (Inst. I, 17.) et Lactant. (VI, 16, 9.) reperiuntur. Boeth. codd. hic, II, 7. p. 38, 13. et p. 344. (Glar.) *sin v.* praebent, sed p. 82. 747. 858. Glarean. et Comm. in Top. Cic. p. 276, 3. Baiter. *si vero* ediderunt. —

p. 31, 27. *omne ... pret.]* Verbum *quod* omittunt editores omnes, saepius enim idem falsis in locis a scribis positum reperitur, quam ob rem IV, 6. p. 87, 3. V, 4. p. 106, 35. correximus, Comment. in Top. p. 317, 45. *Non est igit. vivere quod animali esse* bene Baiter. *anim. quod esse* scripsit, et ibidem p. 316, 15. *Genus quod cuiuslibet universaliter substantiam monstrat, et quod multorum specie diversorum substantialis est similitudo a propositis terminis ... seiungitur* legendum est, ubi codd. *sim. quod a prop.* praebent. — Supra v. 15. adverb. *minimum* reposuimus. — p. 31, 30. *existim.*, cf. ad IV, 3. p. 79, 30. — *ista*, vd. II, 1. p. 20, 5. V, 1. p. 98, 21. Cass. Var. II, 40. *Quid enim ista praestantius (*sc. *Musica)*, ubi *illa* ex paucis et malis codd. editur. De hac pronom. notione cf. Orell. ad Hor. Ep. I, 6, 62. — p. 32, 10. *inquis]* Plerumque sane similibus in locis futuro utitur Boeth.: V, 6. p. 115, 10. 18. etc., sed cf. V, 4. p. 106, 28. —

Carm. V. 6. *norant]* De plurali, qui sequitur singul., vd. Ov. Met. I, 95. 142. ib. Bach. Tib. II, 6, 116., at infra v. 21. ex *AD* sing. retinui, quamquam Plan. vertit: ὅποτε πληγὰς μὲν ἑώρων, ἆθλον δ' ὑπὲρ αἵματος οὐδέν; — v. 18. *arva]* Anticipatio est: arva quae cruore horrida facta sunt: cf. Enn. ap. Cic. de Or. III, 42, 167., repone e codd. idem Stat. Theb. X, 94. *horr.* (vulgo *omnia) clament littora* (= clamore horrida fiunt), Hor. Od. II, 9, 1. *hispidi agri*, Iahn. ad Virg. G. I, 320 (ed.

2.), Iacob. Quaest. Ep. p. 156. Quod infra legitur III. carm. 2, 11. *horr. ora (leonis)* et Cort. mutavit, huc quoque pertinet. *Arva* et *hosticus* invenit etiam Plan.: *μίσει τε δριμεῖ λύθρος οὔπω φοίνιξε πέδον βλοσυρωπόν· τί ποτ᾽ εἶχε γὰρ ἔχθριος ὀργὴ* etc. et def. Lindem. in Scl. Poet. T. II. p. 119; *hosticus* fortasse ap. Prop. III (II), 13, 48. emendandum est: *Quis tam longaevae minuisset fata senectae, Hosticus Iliacis miles in aggeribus*, codd. *Gallicus*. — v. 27. *primus quis* etiam Vall. —

Cap. VI. p. 33, 10. *prob. def.]* Quod Boeth. saepe eas notiones de quibus agit omittit, ut a lectoribus intellegantur, hic *honor.* delevi, sicut V, 3. p. 101, 12. *res*, vd. Not. ib., Comm. in Top. Cic. p. 288, 24. *orationes*, p. 345, 29. *tabulas*, p. 349, 46. *locis* expungere malo, quae verba in recc. tantum codd. extant. — *Est* om. Graff. — p. 33. 13. *expet.* vocem barbaram iure dampnat Cally., nam Tac. Ann. XVI, 21, 1. e Med. alt. nunc *expectabilis* legitur. — ib. 15. *Nunc]* De hac verbi significatione cf. Manut. ad Cic. Ep. ad Fam. I, 9. Quinct. I, 1, 5. — p. 34, 2. *vendic.]* Ita in antiquiss. non modo Boeth. sed in omnibus recentiorum scriptorum codd. legitur, cf. Cass. I, 37. II, 4. etc. Ennod. I, 40. etc. — p. 34, 4. *muscular.]* Cf. August. de Trin. III, 7. *[Cyniphes musculae sunt brevissimae]*, sed alibi quod sciam hoc verbum non invenitur, quapropter Cally. *muscarum* coniicit. — p. 34, 16. *quisq. f. pos.]* Recepi Pulmanni quidem lectionem, quae in *BCpα* (non in *LNα* cf. Var. l.) extat, sed cod. *A* scripturam praefero, quod *possit* in fine utriusque enuntiationis positum valde turbat. — De *Busiride* cf. Apollod. II, 5, 11. Hygin. fab. XXXI. LV. I. —

Carm. VI, 15. *pravi]* Notum est in arsi versuum praesertim apud seriores (vd. Barth. ad Calp. III, 69. Burm. ad Anthol. I. p. 75.) ante m u t a m cum l i q u i d a (*br*, *dr*, *fr*, *gr*, *pr*, *tr*, *cl*, *pl* etc.) syllabam correptam nonnunquam produci, quamvis in ea re cautius, quam olim putabant, versati sint poetae, qua de caussa in recc. edd. multi iam emendati leguntur loci, vd. Lucret. IV.

1055. VI, 420. 715. [Prud. Perist. VII, (IV) 15 *civ. omnis* e codd. corrig.] etc., sed licentiam, quam exposuimus, admittunt: Catull. IV, 9. 18. XIX, 4. Tib. I, 6, 34. Manil. II, 337. (*loca in tripl.* Bentl.) 451. (Stat. Silv. I, 6, 10?) Auson. Ecl. IX, 1. De hist. 7. Grammaticom. 19. Prud. Psych. 99. 236. 252. 903. Perist. XI (VII), 39. 59. et Virgilius Siliusque, qui part. *que* in rhythmo choriamb. nonnunquam producunt, cf. Wagn. Quaest. Virg. VII. Intpp. ad Sil. VII, 618. Plerumque enim ex versibus laudatis in II. sive IV. hexametri pede a poetis hanc licentiam esse usurpatum apparet, aliquoties, sed raro, in caesura; ii autem loci, in quibus verbum cum muta et liquida incipiens et alterum syllaba brevi finiens in thesi invenitur, corrigendi sunt. Itaque Auson. cl. urb. X, 6. pro *Versa Graia manus* ad codd. aliquot compendium *U'la* scribendum esse existimo *Callida*, Hor. Od. III, 23, 18. ob caesuram excusari potest, ob quam etiam hiatum non respuit Od. II, 20, 13. Praeter hunc de quo agimus Boethii locum duo eiusdem generis inveniuntur: IV, 5, 19., ubi fortasse *raro* ex *A* emendandum est, quod et Planud. (vd. Not. ad h. l.) et edd. vett. varians lectio confirmant; et IV, 7, 18. quem versum ob duram constructionem: suppleatur enim necesse est *eius* sive *cuius*, quod ad Herculem haec verba referenda sunt: spurium iudico. — Syllaba brevis etiam ante litteras consonantes *sp*, *sc*, *scr*, *st*, *str* etc. (cf. Lambin. ad Hor. Sat. I, 2, 30. Iahn. ad Virg. Aen. XI, 309. Zinzerling. Promuls. crit. cap. 37. G. Voss. Gram. lat. II, 11, 15. Schneid. Gr. l. I. p. 705. Schwenkfeld. in Iahn. Archiv. 1836. IV, 4. p. 624—27.) producitur, sed raro et in thesi tantum, cf. Catull. XVII, 24. XXII, 12. XLIV, 18. LXIII, 53. Tib. I, 5. 28. Sil. It. IX, 575. XVII, 546. Lucan. V, 551. Mart. II, 66, 8. Prud. Perist. X, 86. Psych. 685. 902. etc. Virgilianos autem, quos vulgo laudabant versus: Aen. V, 163. VI, 687. IX, 37. X, 251. XI, 309. iam Heyn., Iahn. aliique correxerunt; Ov. Fast. VI, 139. sive *horrenda* cum *nocte* coniungendum ut sit anticipatio (*nox*, *quae strigium sonu horrenda fit*) sive

cum Ulitio *horrendum* legendum, Grat. Cyneg. 259. *Vulpina specie* c. Burm. emendandum, Iuv. VI, 108. *semper* pro *saepe* e codd. reponendum et Stat. Theb. VI, 551. fortasse *agile et studium* restituendum esse duco. Tres inveni locos, ubi brevis syllaba in thesi ante *sp* et *str* producitur, sed num lectio certa sit quaeritur, Mart. enim V, 70 (69), 3. fortasse *Romani stringis in ora* (vulgo *Romana ... ora*) et Sil. III, 111, *gelidosne adscend.* (Codd. *gelidos ut sc.*, *gelidosne ut*, *gelidosne scand.*) emendari possunt. Quomodo vero Sil. X, 123. *At contra horrendum bis terna spicula dextra Torta volant* sanari queat, cum codd. antiq. ope destitutus sim, me nescire fateor, at in verbo *terna* numerum quemdam latere apparet, fortasse *bis decies?* Videant Docti. — Boethii locus qui hic pertinet, legitur V, 3, 14. ubi lectio *nota scire* ob caesuram non negligenda est.

Cap. VI. p. 36, 15. *Ptolemaeo]* Cf. Syntax. II, 1. 2. — ib. 22. *habeat]* Saepius in interrogativis enuntiationibus similibus coniunct. utitur scriptor, vd. III, 8. p. 53, 1. III, 10. p. 58, 25. — p. 37, 10. *quamq.]* De hoc particulae usu cf. Kritz. ad Sall. Iug. 85, 15. — p. 37, 19. *quamlibet]* Hoc verbum ex opt. meis codd. recepi, neque est, cur infra v. 23. mutetur, nam etiamsi *quaelibet* intellegi potest, tamen altera vox cum *prolixi* coniuncta praestat, cf. Cass. Var. I, 30 s. f. — ib. 30. *adorsus* def. Murmell. qui se hanc formam apud Ambros. et Hieronymum legisse testatur. Vulgo Corn. Nepoti (IX, 4, 4.) et Floro (I, 3, 4. III, 1, 13. IV, 12, 44.) tribuitur, nunc vero hi loci omnes emendati leguntur; ego Boeth. quoque neque *adorsus* neque *extaturus* (V, 6. p. 113, 33.) scripsisse contendere ausim, quamquam verbum utrumque codd. praebent. — p. 38, 15. *spernit]* Similem enuntiationem vd. II, 3. p. 24, 31. Neque quidquam impedit quo minus *spernat* edatur, cl. III, 5. p. 49, 8., futurum vero, quia in recc. codd. non in antiq. reperitur, quamvis II, 3. p. 24, 17. firmari queat, mutavi. —

Carm. VII, 7. *Brut.]* Nominat poeta viros de rep. romana optime meritos, *Fabricium*, qui ne maximis qui-

dem auri donis corrumpi poterat, *L. Brutum*, qui Tarquinio pulso Romanis libertatem reddidit (non Brutum Caesaris interfectorem), et *Catonem Uticensem* (Censorium non esse intellegendum *rigidi* epith. docet, cf. Lucan. II, 389. Obbar. ad Hor. Ep. I, 1, 16. p. 42.), qui republ. perdita se ipse interemit. De iisdem viris cogitat etiam Notk. — v. 15. *manent*] Planud. *Ποῦ νῦν γὰρ ὀστᾶ Φαβρικίον μένει; ποῦ Βροῦτος ἢ στέῤῥος Κάτω;* Lectio vulgata *iacent* Murmellii ut videtur coni. est; si offendit recepta, legas *latent* quae verba inter se haud raro confusa esse constat, vd. Rut. Num. Itin. I, 528.

Cap. VIII. p. 39, 23. *nunc am.*] Quamquam particula *et* apud Boeth. saepius verbi *etiam* notionem habet, hic tamen sententiam loci turbat.

Carm. VIII, 9. *Et fluctus av. mare* Colon. 1589.

ADNOTATIONES

AD LIBRUM TERTIUM.

Cap. I. in. *finiver.*] Hanc formam, de qua vd. Krebs. Antibarb. p. 17. ex antiquis codd. etiam I, 1. p. 3, 13. II, 6. p. 33, 8 restitui, sed II, 4. 5. f. omnes *quaesisse* (nullus *quaesivisse* sive *quaesiisse*) exhibent. — p. 40. 4. *quant.*] Secundum codd. vestigia fortasse *quantum tu me* legendum est. — ib. 6. *ictibus esse non*] Recepi *esse*, quod a Boeth. plerumque temp. finito anteponitur, nisi coniunctio et relativum (III, 9. p. 54, 18. p. 55, 6. III, 11. p. 65, 30. IV, 6. p. 92, 30 etc.) sequitur atque obiect. postponitur (II, 4. p. 26, 22. II, 5. p. 30, 21. 34, 15 etc.), sed delevi II, 4. p. 28, 15., ubi cod. *A* a 2. m. exhibet. Cf. Beier. ad Cic. Off. II, 70.

Cap. II, in. *august.* sine dubio vera scriptura est, cf. III. carm. 9, 22. Virg. Georg. IV, 228., altera scribam christianum redolere videtur; Notk. *demo chéiserlîchen*

gestátendiu. — p. 42, 19. *bon. summ. in s. p.* vestigia cod. *A*, cf. III, 10. p. 59, 14. — p. 42, 25. *perm.... petunt*] Corruptum esse locum e codd. lectione omnium *permutent* apparet. In edd. vulg. indicat. legitur, qui hoc loco ferri nequit, sed quomodo emendandum sit, verba, quae praecedunt, docent. V. enim 19. *sunt qui . . hi vel.*, *quib. . . . hi vel* etc. extant, quid igitur? scribendum est: *Sunt . . . permutent*, *hi vel div. . . . des. vel pot.* Erunt sane qui duram esse hanc coni. clament, illi vero observent velim, pronom. *qui* ex antecedente *qui* sive *que* in scriptoris verba irrepsisse, cf. Not. ad II, 5. p. 31, 27., et verba *ut* et *vel* ob litterarum similitudinem saepe permutata esse, vd. Obb. ad Hor. Ep. I, 1, 96. p. 20. Similiter pron. relativ. infra v. 32. *uxor ac liberi quae ioc.* e praecedente excidisse et huc irrepsisse videtur; quare V. quidam D. sec. XV. *qui* scrips., quod ad meorum codd. fidem expunxi. — p. 43, 30. *Sequestr.*] Particulam *sed* e dittograph. litterae *s* ortam omisimus, quaeritur autem num verb. *sequest.* Boethii sit. Quod verbum proprie *arbitrum esse*, *seiungere*, *dividere* significat, vd. Sitzm. ad II, 5. p. 31, 7. Sidon. Apoll. Ep. I, 11., deinde *deponere aliquid* (Prud. Hymn. Exeg. 127. Tertull. de Resurr. 26), tum apud Pseudo-Boeth. de Conf. Fid. p. 292. ed. Vall. [*nec defuere quos sibi conditoris gratia sequestraret*] *sibi conciliare*; quam significationem alibi nusquam inveni. Hoc loco nihil aliud nisi *dubitari*, *negari nequit* illud *seq. n.* esse potest, sed cum hac notione verbum *seq.* alibi non usurpet Boethius, num ita scripserit dubium est; facillime sanatur locus, si legis *sed negari*, cf. de constr. II, 4. p. 28, 6. —

Cap. III. p. 45, 4. *perspic.*] *Perspicere* est *revera cognoscere* quamquam saepe sine notione studii et intentionis, Cic. de Or. I, 35, 161.; *prosp.* autem idem quod *praevidere* vd. III, 12. p. 66, p. 67, 31. IV, 6. p. 93, f. V, 3. p. 103, 14. V, 4. p. 107, 32. — p. 45, 18, *aliq. 5. ang.*] Cf. ad I, 4. p. 126. II, 4. p. 135. — p. 46, 28. *opib. expletur*], Indigentia nunquam potest auferri, quare si quae semper est avara divitiis expletur, restant tamen alia

quibus expleri vult? Non igitur opus est Vall. suspic. *op. non expl.*, quam deter. codd. duo confirmant. Ad sentent. cf. Obbar. ad Hor. Ep. I, 2, 56. p. 180. —

Carm. III, 3. *baccis*] Mirum est, quod intpp. aliquot lapides pretiosos ac gemmas quaslibet volunt intellegi, significantur uniones corni, lauri, olearumque baccis similes, sive quod multo praestat, monilia ex unionibus facta; vd. quos Vall. laudat Hor. Epod. VIII, 14. Sat. II, 3, 240. (Obb. ad Ep. I, 6, 5.) Virg. Cul. 66. et Ov. Met. X, 113 sqq. 264. Sit. It. XII, 230. Ceterum *oneret* vera scriptura est, cf. Ov. A. Am. III, 129. Plin. h. n. XXXIII, 1. *gemmas .... onerando* — v. 5. *Nec etc.*] Lectionem *V2.* tueri videtur Plan. *αὔτ᾽ ἂν μερίμνας κληρονόμος τοῦδ᾽ ἐκφύγοι, οὔτε συνέψεταί οἱ πλοῦτος ἀποιχομένῳ.* —

Cap. IV, p. 37, 5. *Catull.*] Cf. carm. LII., e quo Catullum honoris caussa Nonium, cuius cognomen Plin. (h. n. XXXVII, 6.) teste *Struma* fuit, non attulisse apparet, male igitur Boeth. vituperant Murm., Sitzm. cet., cf. Vall. ad h. l. — ib. 11. *Decorat.*] Idem est quem Cass. V, 31. *V. Devotum*, quoniam munere adiutoris mag. off. functus est, vocat, vd. Vall.: ab Ennod. (IV, 25. VIII, 16. 20.) et Cass. (V, 3. 4.) eius patris mentio fit. Notk.: *Tisêr Dec. uuás fautor Gothorum pediú uuás er méldâre dero civium. Uuánda er óuh târ míte spílománnes kebârda hábeta, fóne díu ne uuólta er sîn collega nîeht uuérden in c o n s u l a t u, tóh iz ter chuning uuóltî. Táz uuás ímo fréisa uuíder den chuning.* — p. 48, 5. *sic conl.* uncis inclusi, si omittitur, interpungi potest: *cognoscere!* vd. Hor. Sat. II, 1, 43. Claud. Rapt. Pros. III, 30., nam hic non pertinet III, 9. p. 56, 24. et IV, 2. p. 76, 32. ubi *ut* ex *hanc... cogn.* et *defin.* pendet. — p. 48, 14. *praetura*] De dignitate praetoria, quae sub imperatoribus magis magisque concidebat, ut Theodorico regnante nomen tantum praetoris superesset, iam plura disseruit Sitzm. ad h. l., quibus adde Pomp. de Or. Iur. II, 27. et Foss. ad Tac. Agric. c. 6. p. 16. (4. Altenb. 1837. progr.), ubi hunc quoque locum affert, neque Cuiac. coni. improbat, quam nunc et codd. veterib. et Notk. interpre-

tatione confirmatam invenies: *praetura íu vvás éin míchel gevvált* etc. — ib. 17. *magn. hab.*] Pompeium intellegit, cf. Cass. VI, 18., abiecta autem ea praefectura tempore Boeth. fuit, quod frumentum in provinciis praef. praet. (cf. I, 4. p. 124.) cogebat, annonae autem praef. censuram tantum in pistores urbis exercebat, vd. Cass. ib. —

Carm. IV, 7. *putet*] Plan.: *τίς γ' εὐδαίμονα νῦν λογίσσετ' ὄγκον* (leg.: *λογίζετ'*), *ὃν κακοδαίμονες ἐκδιδοῦσιν.* —

Cap. V. in. *valet*] Hoc dicendi genus quod apud antiquos scriptores optimos invenitur (Klotz. ad Cic. Tusc. I, 31, 77. Ellendt. de Or. I, 60, 257. Iahn. ad Hor. Od. I, 24, 8.) hic Boethio reddidi, cf. II, 6. p. 35, 15. III, 10. p. 61, 35. ubi male Wolf. *desiderantur*. De I, 6. p. 17, 11. et IV, 3. p. 79, 8. qui loci procul dubio corrupti sunt, vd. Not. — p. 49, 28. *Sen.*] Vd. Tac. Ann. XIV, 52. 53. 65. XV, 56. 6. De *Papin.* Aur. Vict. de Caes. XX, 33. Spart. Carac. 8. *Antonin.* leg. etiam Notk.: *Also gebôt Antonin. cognomento pius XII. ab Augusto.* —

Cap. VI. p. 50, 15. *proxima*] Vall. et Freytag. (in vers. germ.) *pro maxima;* sed mihi haec sententia esse videtur: ‚Turpe quidem est, famam non extendere, at si ea extenditur, ad plures gentes perveniat necesse est: hoc vero difficile, quare quem tu putas apud nos clarum, in aliis terris non clarus est.' Retinui igitur lect. vulg. sed praepos. *in*, quae ob praecedentem litteram *m* facile absorberi poterat, addendam esse duco. Ad sent. cfr. II, 7. p. 37, 5.

Carm. VI, 1. *humanum gen.* legunt Pulman. et ceteri, qui eius textus recensionem servant. — v. 3. *Εἷς γὰρ πάντων ἐστὶ πατήρ, εἷς ὃς πάντα διοικεῖ* [= *unus qui c. min.*] Plan. —

Cap. VII. in. *vol. corp.* cd. *A*, vd. Cic. Cat. mai. XII, 39. XIII, 45. — p. 52, 11. *nescio quem*] Fortasse [ut Vall. videtur] in memoria habuit vers. Eveni, qui extat ap. Plutarch. (*περὶ φιλοστοργ.* s. f.) et Artemidor. Onirocrit. I, 16. *Ἴδε ὅση λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.* — *Eurip.*, cf. Androm. 394. ed. Musgr.: *πᾶσι δ' ἀνθρώποις ἄρ' ἦν ψυχὴ τέκν', ὅστις δ' αὔτ' ἄπειρος ὢν ψέγει, ἧσσον μὲν ἀλγεῖ. δυςτυχῶν δ' εὐδαιμονεῖ.* —

Cap. VIII. p. 53, 1. *petas*] Interpunctione vulg. edd., quae gravius post *desistis* incidebant, mutata, haec scriptura defendi potest, quia ut edidimus non duae enuntiationes sed duo membra unius enuntiationis efficiuntur. Coniunctivum interpunctione mutata Boethio item vindicavi III, 9. p. 56, 5. (*mordeatur. Cumque ... desistit* vulgo), IV, 6. p. 89, 6. (*fatum. Quaed. ... superant.* vulg.); p. 90, 20. ubi *conveniant. Cur ... iuvantur* etiam Vall. male scripsit. V, 3. p. 101, 22. infinit. restituimus, ne scriptoris oratio diu lacera iaceret, male enim Pulm., Vulp., Helfr. et Graff. *partem. Neque en. nec. est etc.* legebant. Contra III, 10. p. 59. cum Vulp. indicativ., quem Pulm. e coni. mutavisse videtur, reduximus. — p. 53, 12. *Aristot.*] in libris Aristot., qui ad nos pervenerunt, hic locus desideratur. — ib. 14. *obst. quaeque*] Caussam recepti verbi vd. e II, 5. p. 31, 27. II, 6. p. 34, 5. 27. V, 4. p. 108, 5. etc.

Carm. VIII, 1. *quae .. devio*] Cf. III, 8. in. (III. carm. II, 2.). Eadem loquendi ratio apud alios quoque scriptores non raro invenitur, cf. Cic. ad Att. IV, 3. XIV, 10. Nep. XVIII, 3, 5. Ov. Met. I, 676. Fast. II, 369. etc. *Devios*, quod Vall. recepit, fortasse e Planud. versione est: *Αἶ αἶ τίς μελέους πλαζομένους τρίβον ἄγνοια θνητοὺς ἐκτρέπει.*

Cap. IX. p. 54, 9. *apert. ex te cogn. mal.*] Ordinem verborum mutavi, cf. III, 12. p. 66. 10. — p. 55. 22. *nullo modo vero*] Similiter III, 10. p. 60, 10. *nullo modo igitur.* — ib. 31. *ne*] De *ne* et *nec* permut. vd. Not. ad V, 4. p. 106, 4. — p. 56. 14. *quaedam* defend. etiam Bernart., *sing. quid.* eodem mod. dictum est ut *certus quid.*, de quo vd. Billroth. Gram. §. 206, 3. — ib. 15. *vestig.* vd. p. 119. — p. 56, 28. *felic.*] *Sentio*, quod ne in uno quidem cod. post *felic.* insertum inveni, (*censeo*, de quo vd. Madv. ad Cic. de Fin. II, 3, 6. p. 147. et 867., in *m*) om. etiam Graff.

Carm. IX, 8. *sim. in imag.*] *In* quod ob sequentes litteras in recc. codd. absorptum est, restitui, ne metrum claudicaret. Ed. Col. 1589.: *ab imag.* Planud. *in* non

legisse videtur: *καὶ ὁμοίῃ εἰκόνι μορφῶν.* — 10. *elem. lig.* vd. Mart. Capell. I, 1.

Cap. X. p. 58. 4. *aliquid* etiam *X.* — p. 59, 7. *procedat*] Hoc verbum formulis similibus: *caussa veritatis*, *ordo proc.* etc. quae apud Boeth. frequentes sunt, confirmatur, vd. III, 12. p. 67, 10. IV, 6. p. 88, 25. V, 1. p. 99, 9. V, 3. p. 102, 8. Ceterum *conf. est* scribendum esse iam supra p. 145. monui. — p. 59, 29. *eo*] Ita cum codd. optimis scripsi, sed deus quin intelligatur nihil obstat. — p. 60, 6. *sunt*] Indicativ. ob appositionem, quae vocatur relativa, reposui, vd. III, 11. p. 65, 22. IV, 7. p. 96, 25., contra IV, 2. p. 77, 21. coniunct. necessarius, sicut etiam IV, 4. p. 84, 20. 23. ubi vulgo indic. legebatur. — p. 60, 15. *re hac ipsa ... firm. deo nec dign.* Vall. ed. 1. — p. 61, 7. *ac*] Vulgo hic et V, 1. in. *et*, quamvis codd. *ac* loco utroque exhibeant: in *A* eamdem particulam III. carm. 4, 2. reperi, ubi sententiae bene convenit. Cum *ac* particulam ante consonantes tantum litteras neque ante vocales poni satis constet, IV, 3. p. 80, 4. cum Vall. *atque inconst.* recepi et Comm. in Top. Cic. p. 275, 22. *facult. atque* (Bait. *ac*) *inveniendi materiam* e codd. corrigo. — p. 61, 12. *Cuius*] ‚*Huius*; olere mendum quis neget? Mscpt. *Cuius rei.* Non male.' *Bern.* Vd. I, 4. p. 10, 11. — p. 61, 15. *Atqui — sunt*] Cum Freytag. haec verba Philosophiae tribui cum et edd. vett. et Thomas Wolf. ceterique, qui interlocutores litteris signaverunt, Boethio inepte tribuunt. Nobiscum facit quoque bonus ille Thomas Aquinas!

Carm. X, 3. *habitans*] Hanc codd. opt. lectionem confirmat Planud.: *Ἐνταῦθ' ἥκετε πάντες αἰχάλωτοι, οὓς φέναξ δεσμεῖ βδελυραῖσι σειραῖς οἰκῶν ἐν χθονίοις ἔρως λογισμοῖς. Ἥδ' ἐσεῖθ' (Haec) ὑμῖν καμάτοιο παῦλα. Hebet.* quod induxit Pulm., amplectitur etiam Weber.

Cap. XI. in. *Infinito*] Hac constructione, quam Bern. quoque defend., saepius utitur scriptor, cf. p. 759 etc. ed. Glar. — p. 64, 22. *legitur*] Uncis inclusi hoc verbum, quod omitti posse Vall. iam vidit. Inveniuntur enim loci, in quibus intpp., sive quod enuntiationes distrahi vo-

lebant, sive quod verbum quoddam e praecedente supplendum esse non intelligebant, voces quasdam addiderunt. Ad illud genus pertinent II, 1. p. 19, 8. IV, 5. p. 86, 19. IV, 7. p. 95, 5. Comm. in Top. Cic. p. 352, 19. *intellegentia consistit in eo quod ... subsecutum est, repugnantium vero int. subs.*, ubi haec ultima verba in Eins. cod. desunt, p. 378. *Nam si viri culpa ... manere, si mulieris est culpa* quae verba id. cod. bene omittit, etc., ad hoc quem tractamus locus, ubi ex voce *recond.* verbum quoddam *cingendi*, IV, 2. p. 76, 9. ubi sive ipsum *praecip.* verbum sive ex eo *faciendi* quoddam intellegatur necesse est: IV, 6. p. 91, 22., quo in loco ad *al. dur. agit.* praecedens *distribuit* supplendum et verba *quosdam ... remordet* parenthes. loco habenda esse iudico: Comm. in Cic. Top. p. 360. p. 28. *primum igitur ponatur quod*, quas voces Einsied. cod. non agnoscit, ut enuntiatio e praecedente *dicendi* verbo dependeat. — p. 66, 5. *esset. Is* lege, et de constr. vd. Madv. ad Cic. de Fin. p. 516. 862.

Cap. XII. p. 66, 4. *priora*] Bene codd. vett., cf. III, 10. p. 60, 2. Comm. in Arist. Praedicam. p. 208. ed. Glar. — p. 67, 19. 27. *consensimus*] Ita in utroque loco scripsimus, cum vulgata pessimis Pulm. libris mstis debeatur; cf. III, 11. p. 65, 29. Vers 19. *censuimus* extat in *A*, quae scriptura minime spernenda esset, si alii quoque codd. antiqui eam tuerentur, sed satius videtur eam e compendio *c̄sens.* ortam putare: quare cum eadem varia lectio III, 10. p. 62, 2. inveniatur et *concens.* in *B* legatur, non dubito, quin in eo quoque loco *consensimus* emendandum sit. — p. 67, 21. *extrinsecus*] Correxi malam a Vall. receptam scripturam, quoniam aliis in locis III, 10. p. 59, 21. etc. scriptor hoc verbo non pro adiectivo sed pro adverbio utitur. Locum enim, quem afferunt de Differ. Topic. III. *A comparatione maioris vel minoris idem locus est, qui apud Themistium inter extrinsecos locos ponitur a maiore et minore* e Ven. ed. 1497. *inter locos extrinsecus pon.* scribendum esse existimo. — ib. 22. *Id... est nec.*] Ad vestigia cod. *A* fortasse legendum est: *Ita id*

inq. est nec., de quo verborum ordine vd. Comm. in Cic. Top. p. 265, 1. Bait. — ib. 26. *Per bon.*] E variis lectionibus codd. *AB* verbum *ipsius* excidisse apparet, quam ob rem scribere malo: *Per ipsum ig. bon.*, cf. III, 11. p. 65, 32.; sed invenitur etiam *bon. ips.* III, 10. p. 61, 35.

p. 68, 21. *lacerant.*] Sententia: ,Me meae stultitiae pudet, qua incitatus plura contradixi, quae me non dixisse nunc velim.' De hac verbi *lacerandi* significatione vd. I, 4. p. 12, 12. — p. 69, 2. *quae... egred.*] Dedi quae codd. praebent; *quae* allato II, 5. p. 29, 8. (vd. etiam Klotz. ad Cic. Tusc. I, 24, 56.) defendi potest, sensus igitur: ,Labyrinthum rationibus construis, *quas*, si egrediaris, introducis'; sed v. seq. *qua* melius quam *quo* legitur. — ib. 22. *πάντ. etc.*] Lectio vulg. omni sensu caret, quam ob caussam cum Vall. Parmenidis v. e Plat. Sophist. p. 244. reposui. Verba quae sequuntur glossema videntur et abesse possunt, quibus sublatis haec sententia efficitur: ,Divinae substantiae forma neque ex se ipsa procedit, neque quod externum est in se suscipit, sed globo similis, sibi ipsi similis est.' Notk. *omn. etc.* graeci versus explicationem esse putavit latinam, neque igitur mirum est, quod graeca quidem affert, sed non transfert. — ib. 28. *loquuntur*] Boeth. haec Platonis verba (Tim. p. 29. B.) imitatus est: διοριστέον, ὡς ἄρα τοὺς λόγους ὧνπέρ εἰσι ἐξηγηταί, τούτων αὐτῶν καὶ συγγενεῖς ὄντας, itaque bene se habet *loquuntur*.

Carm. XII, 8. *silvas currere mobiles, Amnes st. coeg.* Vall. inepte incidit. — v. 36. *site*] Cally., num ,alius latine sciens' hac forma usus sit, dubitat, sed cf. Venant. Fortunat. II, 13, 3. Ablat. verborum multorum (*postis, ignis* etc.) et in *e* et in *i* Prisc. auctore p. 761. 67. (Putsch.) formabatur et apud poetas quidem in syllaba producta in *i*, in correpta et ancipite in *e*, quae norma etiam de adiectivis in *ens* desinentibus valet, vd. Charis. p. 101. Ruddim. inst. Tom. I. p. 88. Bentlei. ad Hor. Carm. I, 2, 31. Iahn. ad Virg. Georg. I, 13. quam ob rem IV. carm. 5, 16. carm. 6, 25. *ferrente* e codd. nostris reduximus. In oratione pedestri codd. Boeth. vett. nonnumquam formam in *e*, nonnunquam in *i* desinentem praebent, ideo in ed. mea,

quam ibi in cdd. vett. inveni, in textu posui, vd. II, 4. p. 24, 28. IV, 4. p. 81, 6. etc.: recentiores autem ubique formas in *i* terminatam exhibent, cf. I, 1. *florenti efgp*; p. 2, 4. *prodenti g*, quas in Var. Lect. non adnotavi, ne bona charta frustra consumeretur. — De genitivis adiectivorum in *ium* et *um* desinentium apud Boeth. duos tantum inveni locos, ubi codd. differrent: I, 4. p. 8, 17. *potentum* quod substantivum est (vd. Creuzer. ad Cic. N. D. I, 36. Schneid. Gramm. II. p. 248. Iahn. ad Virg. Aen. VI, 754.), contra IV, 5. p. 86, 5. *sapientium* ex *ABCD*, quod adiectiv. est, restitui. — v. 42. *Donamus*] Sic ob antecedens *vincimur* scribendum est, et falsi sunt, qui pessimorum codd. lectionem *dat* praeferunt, nam *Quis leg. det* non sunt verba arbitri, sed poetae in antecedentia commentantis.

ADNOTATIONES

AD LIBRUM QUARTUM.

Cap. I. p. 71, 12. cf. p. 133. — p. 72, 1. *in loco* = *pro facinoribus suppl. luit*, ablat. etiam restitui IV, 6. s f., vd. Gies. ad Cic. de Div. II, 47, 106. Kritz. ad Sal. Iug. 112, 3.; Mart. Cap. I, 11. repone e codd. opt.: *Illic autem circumstabat in ordine, quidq. inminet seculorum*, quod *in ordinem cum inmin.* coniungere ineptum est. — p. 72, 18. *praeterm.*] Sic codd. omnes, sed *praemitt.* legatur necesse est, similiter cap. 2. p. 75. 15. *praecurr.* (= *occupare*, φθάνειν, Lucan. I, 327.) non *perc.* scribendum est.

Cap. II. p. 73, 18. *alterum* idem valet quod *alterutrum*, vd. Cic. Acad. II, 43, 132. Gronov. ad Liv. XXVIII, 41, 10. Iustin. XVI, 5, 11. — p. 74, 23. *num*] Quod primus scriptoris verbis inserui, quia orationem multo vividiorem reddit quam *non*, cui sequens Boeth. responsum minus convenit. *Num* etiam defendo III, 3. p. 46, 2. ubi codd. *non* habent, quod ibi nihili est, et III, 2. p. 43, 19.,

quo in loco Helfr. *nam* male edidit: de confusione verb. *num* et *non* vd. Cruq. ad Hor. Od. I, 24, 17., ubi restitue: *Quid si — num van.* Sed II, 6. p. 33, 15. *nunc* ob pron. interrogat., quod sequitur, necessarium est. — p. 74, 26. *Rurs.*, *inq.*, *si*] Vulgo *R. inquit: si.* Alii sane illius aetatis scriptores verbum *inquit* aliquot responsionis vocibus inserere solent, sed cum apud Boeth. nullum eiusmodi exemplum invenerim, iuterpunctionem mutavi. Infra p. 75, 7. hoc verbum delevi, quia praesertim tum a scriptore omittitur, cum aut enuntiatio interrogationem in se continet, aut responsum brevius, quare cur III, 11. p. 63, 1. expunxerimus excusari potest; exempla in pagina l. IV. et V. quaque extant. *Ait* om. codd. IV, 6. p. 91, 16. neque quidquam obstat. — p. 76, 5. *iidem scel. vir.*] Vox *iidem* vulgo post *scel.* inserta librariis debetur, neque eam agnoscit Notk.: *Tánnân geskihet, táz tísemo ungelîh ist, íh méino daz tie fertânen állero chréfte sínt âno.* Emenda quoque e cod. Eins. Comm. in Top. Cic. p. 296, 40. *neque enim sunt* (*en. idem s.* vulgo), *quod ea sunt.*

Carm. II, 1. *celsos*] Plan.: *Οὓς καθημένους θρόνοισι βασιλεῖς δέρκῃ ἀπόπτοις*, in cuius cod. *celso* fuisse videtur, quod male expressit. *Celsos* etiam Rtth. et cod. D. Mariae Silvaemontis agnosc., cuius meminit Delrio in Senec., vd. Sitzm. — v. 19. *ipse*] Ne corrigas *ipsum*, syllepsis est generis, de quo vd. Hor. Od. I, 37. 20. Cort. ad Lucan. I, 176. Ochsn. Cic. Ecl. p. 119. ed. 3.

Cap. III. in. *id ips.*] In *B* a 1. m. *id* deest; alias quoque haec pron. coniuncta invenies, nunquam in hoc quidem Boeth. dialogo *idem ipse*, quae apud optt. scriptores leguntur (Klotz. ad Tusc. I, 17, 40.), vd. IV. 2. p. 74, 28. p. 75, 11. IV, 4. p. 81, 28 etc. — p. 79, 8. *praem.*] Lege *praemia adv.*, cf. ad III, 5. p. 144. — ib. 30. *aestim.*] Vulgo *existim.* quae verba saepissime inter se confusa esse intpp. ad Liv. XXXIV, 2, 5. et ad Sall. Iug. LVIII, 8. docent: mihi inter utrumque id discriminis esse videtur, ut *aestimare* proprie valeat *rei pretium constituere* tum *iudicare*, *putare*, *considerare* (III, 6. p. 50, 14. p. 53, 18.

V, 6. p. 115, 23. IV, 4. p. 81, 19., restit. e codd. ib. p. 82, 11. et V, 4, p. 107, 3., Cass. II, 40. Mart. Cap. III, 228.), sed *existimare: pretio constituto iudicare, tum deliberatione facta concludere*, quare bene IV, 6. p. 90. 12. *ut existim.* (*= wie es ihre überzeugung ist*) p. 92, 4. V, 2. p. 99, 10. et II, 5. p. 31, 30. *exist.* Huius opinionis contrarium Bremi ad Suet. Oct. 57. Moeb. ad Caes. b. g. II, 18. V, 13. VII, 14, 39. statuerunt. Kritz. sententia (vd. Sall. Cat. VIII, 2.) *exist.* ubicunque scribendum esse, ubi accus. c. infinitiv. verbum excipiat, de Boeth. quidem non valet; vd. VI, 6. p. 50, 14., ubi ne in uno quidem cod. extat. Ceterum vd. Krafft. ad Mur. Oratt. p. 282, 39. — p. 79, 32. *inquies*] Attulerunt Bern. et Sitzm.: Plin. h. n. I. praef. Sal. Fragm. I, 1. [cf. Prisc. p. 704.] *Humanum genus inquies atque indomitum* Tac. Annal. I, 68., quibus adde Vell. Paterc. II, 68, 3. *Vir inquies*, Apul. Met. II, p. 121, 39. Infra *occultus* legendum esse codd. docent, neque video cur haec lectio improbanda, neque cur p. 80, 5. *avibus differt* ab intpp. nondum receptum sit, cum *diff.* cum dativo apud optimos aureae aetatis poetas et seriores scriptores haud raro legatur, cf. Hor. Sat. I, 4, 48. A. P. 236. Plin. h. n. IX, 35. *Conchae conchis differunt.* Lactant. inst. I, 8, 3. *tum multum animantibus ceteris differentes* (ubi non imitatus est Cic. [de Fin. V, 15. 41], qui hac constructione nunquam usus est, vd. ib. Madvig.), II, 5, 25.

Carm. III, 13. *nuper*] Inepte *super*, quod tantum in Colon. ed. 1589. esse vidi, omnes editores servant. Sententia ‚illi, qui ante aliquod tempus in leones et lupi mutati sunt, cum flere volunt, ululant.' Plan. neque illud neque hoc verbum in interpretatione expressit: ὃς μὲν ἔντροφος ὢν λύκοις, κλαῦσαι ὠρύεται θέλων. — v. 39. *ulcere* margo ed. Col. 1589., non improbo quod primus quisque huius carminis pes spondeus est, quam legem Plan. non neglexit.

Cap. IV. p. 82, 10. *ea*] Similiter II, 5. p. 29, 8. — p. 83, 6. *alterius* inepte codd., vd. IV, 2. p. 76, 1. — ib. 14. *Tum ... relinq.*] Hanc lect. vulg. ex *A* etc. retinere

non dubitavimus, sed valde languet illud *inquam* post *sed quaeso* positum, neque usquam apud Boeth. ita collocatum me invenisse memini; nam hic non pertinent p. 38, 9. 109, 1. et loci similes. Fortasse legend. est: *Tum 'ego; Ista quid. inquam cons. . . . quaeso te.* Alibi quoque verb. *dicendi* intruserunt scribae, vd. Comm. in Top. Cic. p. 365, 23. *Quam nihil accus.* [Top. cap. 13. 14.] *autumas male* (vulgo *aut. dicis m.*) *mereri.* Emendo statim Virg. Aen. XI, 24. *Ite ait egr.* in *Ite agite egr.* vd. V, 548. — ib. 32. *sed salt.*] Sententia: ,Quis ille est, qui haec, si non credere, saltem audire vult?' — p. 84, 5. *Melioribus . . . trus.*] De verbo simplici pro composito, ut aiunt, supra p. 119. ad I, 1. iam dictum est. Quaeritur autem, cum in altera enuntiationis membro in codd. nonnullis *si st.*, *sed si st.* et *cum* in *A* reperiatur, num adversativa quaedam part. in his mtorum vestigiis lateat. Fortasse Boeth. scripsit: *Contra stud.* quod quia in antiq. codd. *ɔ̃a* exaratum erat, facile in *cum* et *si* depravari potuit. — p. 88, 21. *est quid. quasi*] Pulm. *quidem.* Rtth. libri scripturam amplectimur, quod neque inter *quidam quasi* neque inter *quasi quidam* apud Boeth. verbum quoddam insertum invenimus, quod apud alios scriptores haud raro factum esse videri potest ex iis locis, quos laudat Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. I, 2. p. 30., cf. II, 1. p. 19, 16. III, 8. s. f. V, 1. p. 98, 14. V, 5. p. 110, 6. Comm. in Cic. Top. p. 286, 42.

Carm. IV, 5. *aper*] Offendit prima huius vocis syllaba praeter aliorum morem producta, displicet etiam *apri* Vall. susp. ab praecedentes singul.; epitheton in illis vestigiis cum fortasse lateat, malo *acri.*

Cap. V. p. 86, 10. *lex*] Cum sequatur *legal. torm.*, hoc verbum offendit, quare Vulp. *nexus* (num e coni. non constat) edidit, quod Notk. legisse videtur: *so chárchare índe êo bûoh* etc. Facillima emendatio *nex* est (cf. Lact. Inst. VII, 27, 3. Horat. Sat. II, 7, 83. Senec. Ep. 24.) et *leg. tormenta* tum cruciatus, vincula etc. significant. Ceterum lectio *constitutae* non spernenda est.

Carm. V, 3. *regat*, Sitzm. cf. Sen. Octav. 86. — 19. *rara*] Cod. *A* lectionem *raro* confirmat et Plan. (πᾶν ὅγε σπανίως ἡ φύσις ἔρδει, ἐκλῆπτον αἴφνης ἄνδρας ἀγνῶτας) et Col. ed. 1589. —

Cap. VI, p. 87, 3. *uti quae*] Vd. ad II, 5. p. 137. — ib. 16. *delib.*] Vulg. *delibare* sine dubio Pulm. coniect. est, sed vd. de construct. p. 126. — p. 88, 28. *prospexit*] Simili modo restituendum est perf. e codd. ap. Cass. I, 29. *devotio vestra . . . spatia, quae viredis antea licuerunt* (vulg. *licuerant*) ... *restituat*; III, 9. *decernimus, ut* ... *de arte pulcerrima et quae situ fuerunt* (*fuerant* edd.) *obscura, antiqui nitoris possint recipere qualitatem.* Infra autem p. 90, 27. bene se habet *respexerit*, et p. 111, 9. *patefacit* edidi, ubi vulgo male *patefecerit* receptum erat. — p. 89, 30. *prof. . . nec. est*] Haec verba ut explicentur *indiss. causs. connexione* scriptor addit, sensus igitur est: ‚Hominum actus immutabili caussarum quodam ordine reguntur, qui ab immutabili providentia profectus ipse immutabilis sit necesse est.' Aliam sententiam expressit Notk. *Tiu rihti sól nôte únvvéndîg sîn, vvánda si énnân chûmet fóne déro stâtûn providentia*, qui hanc enuntiationem ad *seriem* ipsam retulit. — p. 90, 20. *adiuventur*] Cf. III, 8. p. 145. — p. 91, 15. *Ἀνδρὸς etc.*] Sic ex Vall. emendat. scripsi, qui etiam hanc ἀνδρὸς ἱεροῦ σῶμ. αἰϑ. ἐξ. proposuit. Apparet enim, versum quemdam in his litteris graecis latere; sed quis ille Philosophia excellentior sit iam quaesivit Notk. (*Vvîsero chît si. Vvêr mág vvîsera sîn dánne sélbiu sapientia? Áber dáh sô chîdendo lêret si únsih humilitatem*); alii Hermen Trismegistum, alii Sanctum quemdam auctore Freytag. intellegunt. Ceterum *ait* omitti potest, vd. p. 150. — p. 91, 17. *regenda*] Quod multo praestat vulgata, de confusione *ger.* et *reg.* vd. Drackenb. ad Liv. XXVII, 40, 2. Sil. It. V, 242. Markland. ad Stat. Silv. I, 2, 267. Virg. Aen. I, 340. — ib. 21., vd. p. 147. — p. 92, 15. *expectans* inepte codd. Vall., at eadem vox reddenda est Cassiod. III, 37. *Quoniam caussarum vestrarum qualitas vobis debet indicibus terminari, a quo expectanda* [vulgo *est spect.*] *magis quam imponenda iusti-*

tia? — In verb. sqq. duram esse verbi *rei* omissionem iam Pulm. observavit, vd. Var. lect., nonne melius oratio procedet, si emendaverimus *rei cuius ei?* — p. 93, 4. δέ με] Haec verba, quod in *AC* et in omnibus Homeri cdd. divisa leguntur, distinxi. — p. 93, 5. *divinae op.*] Codd. et edd. vett. omnium lectionem reduxi, neque loci sensus obstat: ‚Nefas est, si homo omnes quas deus ad aliquid efficiendum adhibet machinas cognoscit.' Ceterum *opera* de diis a vett. non usurpatum est, vd. Doederlein. Synonym. I. p. 112. —

Carm. VI, 16. *Recidit cursus*, 25. *Iisdem* Colon. 1589., 46. *queunt* etiam *L.* —

Cap. VII. p. 95, 5. *omnis bona* vd. p. 137. — p. 96, 1. *omnem*] Quod verbum in enuntiationibus similibus saepe repetitum invenitur, vd. IV, 3. p. 79, 20. etc., fortasse ex *A* reponendum est: ib. p. 78, 5. — ib. 14. *autem*] Desideratur particula disiunctiva, neque omitti potest adversativa, quid igitur? Boeth. scripsit: *Quidquid autem aut infra*, vd. Cic. de Off. I, 3, 9. *Tum autem aut anquir. aut*, in Verr. II, 3, §. 103. 5. §. 83. Peter. ad Brut. II, 6. Hand. Tuss. I. p. 576. 588. —

Carm. VII, 18. vd. p. 140. — 23. *turpat.*] Iam Bernart. hoc verbum, quamvis pauci tantum codd. exhibeant, Boeth. reddendum esse bene vidit afferens Stat. Theb. IV, 106.: *Herculea turpatus gymnade vultus Amnis etc.*, cf. etiam Broukh. ad Prop. II, 24, 34. p. 236. et Planud. interpret.: *Ταυρέην βλαφθεὶς Ἀχελῶος ὄψιν.* —

ADNOTATIONES

AD LIBRUM QUINTUM.

Cap. I. p. 98, 34. *Arist. in Physic.*] Cf. Phys. II, 4, 6. — ib. 28. *fortuitu*] Vulgat. peiores codd. tuentur: eam formam non antiquissimam, sed recentissimam esse bene Hand. (Turs. II, p. 743.) contra Giesium (ad Cic. de Div.

II, 7, 18.) Oudend. (ad Suet. Tib. 39.) Heusing. (ad Cic. de Off. I, 29, 103.) Passov. (ad Tac. Germ. X, 1.) docuit, in qua re adsentientem habet Madvig. ad Cic. de Fin. V, 2. p. 673. Scriptores ante sec. IV. p. Chr. n. ea non usi sunt; et num ap. Lactant. legatur, quaeritur, nam I, 2, 1. V, 20, 14. VII, 9. 6. in vett. edd. et recc. codd. eam reperiri intpp. tradunt, sed de antiquis tacent. Praeter Boeth. non dubium est, quin Hygin. (Astr. poet. XX. ib. Muncker.) eam usurpaverit. — ib. 30. *eo loci*] De hac constructione cf. Haas. in Diar. Darmstad. 1838. p. 268. et Osanni adnot. crit. in Quinctil, Inst. X. part. II. p. 6. — p. 99, 4. *quo*] Haud dissimilis Cic. Cat. mai. VII, 21.

Cap. II. p. 100, 1. *in ipsis*] Si quid mutandum legas: *quibus inest rat. in ipsis inest et.* — ib. 18. πάντ' ἐφορᾷ καὶ π. ἐπ.] Quod scriptor nonnumquam versus poetarum vett. orationi suae adaequavit, fortasse secundum codd. vestigia corrigi potest: πάντ' ἐφορῶν καὶ πάντ' ἐπακούων. Cf. II, 2. p. 22, 29. ib. Not. —

Cap. III. p. 101, 12. *Nam si aliorsum*] Recc. edd. quotquot inspexi omnes *res* inserunt, male; vd. II, 6. p. 33, 10., nam constructio est: *Si facta consilia voluntatesque aliter eveniunt ac provisae sunt etc.* Quare non est quod *provisa* cum Wolf. scribas. Nobiscum facere videtur Notk.: *Mág íro dehéin vvúng vvérden so ne mág iz nîcht quissíu vvizentheit etc.* Verbum *rei* etiam infra p. 102, 24. delevi, ubi subiect. *quid*, e quo *id* ad verba *sese hab.* supplendum. Ceterum v. 26. *at nos* veram esse scripturam loci sententia arguit. — p. 102, 2. *e converso*] Hanc vocem pro *e contrario* non esse latinam, quis est qui nesciat, num tribui queat hic Boeth. dubius haereo: nam antiquae edd. optimae *e contr.* offerunt, tum facile e dittographia litterae *e* in *atque* et verbi *rursus* (= *ɔrus* vd. de *ɔ* = *con*, *cum* p. 152.) orta esse potest, qua de caussa cum obsequens *rursus* necessarium non sit, omittere malo. — ib. 10. *patet*] Vulgo *oportet.* ‚Perverse mutatum, cum in omnibus scriptis *rat. patet* i. e. *liquet:* Hellenismus.‘ *Bern.* Vd. Cic. Tusc. I, 22. Quinct. XI, 3, 66. — p. 103, 24. *Quo*] Cf. Not. ad II, 4. p. 26, 25.

quique in carmin. invenitur apud B. IV, 1, 7. — ib. 29. *quisque* codd. omnes, sed necesse est *quisquam* legatur, quod Kinderling. IV, 2. p. 73, 14. inculcari vult, vd. Billroth. §. 205. Krebs. Antibarb. p. 409., male etiam Comm. in Cic. Top. p. 380, 7. edd. ante Baiter.: *velut iure quisquam plura bona paucioribus anteponit*, qui *quisque* ex Einsied. cod. recepit. Infra *aufertur* sententia proba primus edidi. —

Carm. III, 14. *Sed quis etc.]* Planud.: ἀλλὰ τίς ἔσονται ὅπερ οἶδε μαθεῖν; ἀλλ' οὐκ οἶδε, τί δ' ὃ μὴ εἶδε ποθεῖ; Apparet igitur in Metophrastrae libro neque *aut*, quod etiam *T2*. praebet, neque *et*, quam vocem in Colon. 1589. inveni, sed *at* fuisse. — v. 18. *quis repert.* Colon. 1589. —

Cap. IV. p. 105, 23. *veniunt*] Vulgatam lectionem Pulm. ex edd. vett. in textu posuit. Boeth. autem *ex aliqua re evenire* non videtur dixisse, sed sive *ven.* sive *proven.* et *contingere ex re* (V, 5. p. 110, 22. 6. p. 114, 21.), sive *proficisci de al. re* (ib. p. 114, 26., alii *ab al. re prof.* [Cic. ad Fam. V, 5 etc.] scripserunt), neque apud alium quemquem me hoc legisse memini. De formula *usu evenire* et similibus, quas vulgo latinas putabant, cf. Cic. Cat. mai. III, 7. ib. Otton., ad Fam. III, 8. ad Attic. VII, 26. Madvig. ad Cic. de Fin. V, 2, 4. — p. 106, 4. *ne illa quidem]* De his particulis, quae eamdem significationem habent, quam nostrae *auch nicht*, nuper egregie disputavit Madv. in Excurs. III. ad Cic. de Fin. (p. 816—26.), et ad II, 26, 82. p. 282., ubi Vir ille D. optimos scriptores *nec — quidem* (vd. Iahn. ad Virg. Georg. I, 126. Hess. et Pabst. ad Tac. Dial. X, 1. Intpp. ad Cic. Cat. III, 24. Cat. mai. IX, 27.) non dixisse bene docuit. Cf. etiam Fabri. ad Liv. XXIII, 30, 10, qui Liv. *et ne . . . quid.* pro *nec . . q.* dixisse multis exemplis testatur. Apud Boeth. haud raro in serioribus codd. *nec* pro *ne* invenitur, sed vett. (praesertim *A*) uno loco excepto II, 7. p. 37, 20. ubi *ne . . . quid.* necessario legendum esse Pulm. iam cognovit eiusdemque coniect. nunc *H* confirmat, semper *ne ... quid.* praebent, qua de caussa III, 9. p. 56, 8. III, 11. p. 65, 27. IV, 2. p. 76.

25. et hic lectionem *nec* a Vall. receptam correxi. III, 11. p. 66, 5. 67, 2. IV, 2. p. 75, 1. IV, 6. p. 91, 15. idem cod. *A* veram iam a Pulm. et Vall. defensam scripturam servat. Apud alios quoque recentiores scriptores codd. boni *ne...quid.* pro *nec* tuentur, vd. Cass. IV, 36 etc.

p. 107, 9. *Ille enim eminus* legitur in *A*, quod ob sequens *vero* non improbo. — ib. 27. *nam*] Cf. III, 4. p. 47, 22. —

Carm. IV, 5. *credunt* Colon. 1589.

Cap. V. p. 110, 6. *quiddam*] Sic bene Vall. codd. vd. III, 2. p. 42, 22 etc. —

Carm. V, 4. 5. *verberatque ... enatat* Lugd. 1490. sola.

Cap. VI. p. 112, 15. *Neque enim deus*] Ita praeeunte Vall. edidi, sed praeferenda mihi videtur cod. *A* lectio, cum scripturae et *neque deus* et *neque enim deus*, quae in paucis tantum libris legitur, ex ea facile ortae esse possint; vd. p. 134.; si *deus* tollitur, ex antecedentibus verbis *divina m.* supplendum est. — p. 113, 7. *praesent.* defendit Notk.: *Vvíle dû bedénchen sîna gágenvverte fóne déro er iz állez vvéiz: sô ne chîst tu etc.* — ib. 24. *necessarie*] Nescio cur intpp. omnes hanc vocem, quae est codd. omnium, expulerint; invenitur eadem ap. Ciceronem (de Inv. I, 29, 44. etc.), et ab altera forma (*necessario*) nil differt, nisi quod fortasse antiquior fuit, eamque recent. scriptores iterum in usum receperunt, nam saepius hos verba antiquiora a scriptoribus aureae et argenteae, ut vocant, aetatis neglecta iterum induxisse neminem fugit. Num III, 10. s. f. *securo* in usu fuerit, non constat, quam ob rem formam quotidianam in textu admisi. — Infra p. 114, 16. *voluntarie* vulgo legebatur, quod e codd. meis in *voluntate* mutavi, vd. Plaut. Mil. gl. II, 5, 40. *voluntate ibis*, Liv. XXII, 21. *excessit volunt.* Caes. b. g. I, 39. Var. lect. *voluntario* in codd. meis non reperi, et dubium sane est, num ea forma quis unquam usus sit, nam Liv. I, 30. *an. voluntario traxere* nunc *voluntarios* editur. Ceterum *voluntarie* apud vett. quoque scriptores inveniri non videtur, sed apud seriores tantum; vd. intpp. ad Caes. b. c. III, 91. — v. 17. *tum*]

Verba *tum* et *tamen* saepius permutata sunt, vd. V, 4. p. 107, t. f.; hic *tamen* nullo modo ferri potest, nam *quamvis tam.* (= *wenn auch jedoch, obgleich jed.*) alibi nusquam, ut videtur, reperitur, quum in *quamvis* iam eadem notio insit, quam verbis *doch*, *jedoch* additis exprimimus. Apud poetas in prodosi nonnumquam *quamv. tamen* poni negari nequit, sed *tamen* semper ad apodosin referatur necesse est, ut in hoc Horat. loco, Sat. II, 2, 29. *Carne tamen quamvis distat nihil hac magis illa, imparibus formis deceptum te patet.* — p. 115, 20. *aliud*] De confusione verborum *ille* et *alius* vd. Orell. ad Cic. de Fato I, 1. p. 219. not. 6. Beier. ad Off. III, 33, 119. Madv. ad Fin. V, 7, 18. Otto ad Cat. mai. XIV, 9., ubi Orell. bene *alii* recepit.

METRA

QUIBUS BOETHIUS USUS EST.

Thom. Wolf.: quot metrorum generibus et quoties singulis usus sit syntagma; in fine eius ed. (Basil. 1521.) — *Th. Pulmanni Craneburg.* de metris Boeth. libellus. Adiectus est primum ed. Pulm. Lugd. Bat. 1590., tum multis aliis, Sitzman., Hackianae 1671. Teubner. Lips. 1753. — *Helfrecht.* metror. Boeth. conspectus; vd. eius ed. (Cur. Regnat. 1797.) p. 117. — *G. F. Grotefend.* gramm. II. p. 151.

I. Stropha elegiaca.

– ◡◡ – ◡◡ – | ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡

– ◡◡ – ◡◡ – | – ◡◡ – ◡◡ –

I, 1. V, 1.

II. Hendecasyllaborum genus e prima pentametri parte et versu adonio constans, vd. Auson. Ep. 4.

– – – ◡◡ – | – ◡◡ – ◡

I, 2.

III. Hexameter heroicus et tetrameter dactylicus Alcmanius.

– ◡◡ – ◡◡ – | ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡

– ◡◡ – ◡◡ – | ◡◡ – ◡◡

I, 3.

IV. Hendecasyllabi phalaecii.

– – – ◡◡ – | ◡ – ◡ – ◡

I, 4. III, 10. cuius vers. 4. 6. 8. 10. 12. 14. 16. 18. ex hendec. sapphicis constant: – ◡ – – – | ◡◡ – ◡ – ◡

V. Anapaesti dimetri catalectici, qui nonnumquam dactylum, spondeum et proceleusmaticum admittunt.

— — — — — ◡◡ — ◡

I, 5. III, 2. IV, 6. V, 2. V, 3., quod adonio finit.

VI. Glyconeus choriambicus trim. acatal.

— — — ◡◡ — ◡ —

I, 6. II, 8. III, 12. IV, 3., cuius primus quisque pes [excepto 39. ?] trochaeus est. V, 4.

VII. Adonius.

— ◡◡ — ◡

I, 7.

VIII. Trimeter scazon. acatalecticus.

◡ — ◡ — ◡ | — ◡ — ◡ — — —

II, 1. III, 11.

IX. Asclepiadeus et Pherecrateus.

— — — ◡◡ — | — ◡◡ — ◡◡

— — — ◡◡ — ◡

II, 2.

X. Versus sapphicus et Glyconeus.

— ◡ — — — | ◡◡ — ◡ — ◡

— — — ◡◡ — ◡◡

II, 3.

XI. Anacreonticus dimeter catal. et Pherecrateus.

— — ◡ — ◡ — ◡

— — — ◡◡ — ◡

II, 4.

XII. Anapaestus dim. catal.

— — ◡◡ — ◡◡ — ◡

II, 5. III, 5.

XIII. Vers. Sapphicus.

— ◡ — — — | ◡◡ — ◡

II, 6. IV, 7. quod adonio fin.

XIV. Stropha iambica.

◡ — ◡ — ◡ | — ◡ — ◡ — ◡ —

◡ — ◡ — ◡ — ◡ —

II, 7.

XV. Tetrameter dactylicus. (vd. Grotef. §. 108. 142.)

— ◡◡ — ◡◡ — ◡◡◡◡

III, 1.

XVI. Trimeter iambic. et pentam. elegiac.

◡ — ◡ — ◡ | — ◡ — ◡ — ◡ —

— ◡◡ — ◡◡ — | — ◡◡ — ◡◡ —

III, 3.

XVII. Phalaecius hendecasyllab. et logaoed. Alcaicus.

–́ – –́ ∪∪ – | ∪ –́ ∪ – –

–́ ∪∪ –́ ∪∪ –́ ∪ – ∪

III, 4.

XVIII. Trimeter dactyl. hypercatal. et Pherecrateus.

–́ ∪∪ –́ ∪∪ –́ – ∪̄

∪∪ – –́ ∪∪ – ∪

III, 6.

XIX. Dimeter iamb. Anacreont.

∪∪ –́ ∪ – ∪ –́ ∪ –

III, 7.

XX. Asclepiadeus et iamb. dimeter.

–́ – –́ ∪∪ – | –́ ∪∪ – ∪ –

∪ –́ ∪ – ∪ –́ ∪ –

III, 8.

XXI. Hexameter heroicus.

–́ ∪∪ –́ ∪∪ –́ | ∪∪ –́ ∪∪ –́ ∪∪ –́ ∪

III, 9.

XXII. Tetram. dactylicus Alcmanicus et dim. iamb.

–́ ∪∪ –́ ∪̄∪ –́ | ∪∪ –́ ∪ –

∪ –́ ∪ – ∪ –́ ∪ –

IV, 1.

XXIII. Dimeter trochaicus et Pherecrateus.

–́ ∪ – ∪ –́ ∪ – –

∪̄∪ – –́ ∪∪ – ∪̄

IV, 2.

XXIV. Phalaec. hendecasyll. et pentam. elegiac.

–́ – –́ ∪∪ – ∪ –́ ∪ – ∪

–́ ∪∪ –́ ∪∪ –́ –́ ∪∪ –́ ∪∪ –

IV, 4.

XXV. Versus qui basin Sapphic. Alcaicamque habent et adonio finiunt.

–́ ∪̄ – ∪̄∪ –́ –́ ∪∪ – ∪

∪̄ –́ ∪ – – –́ ∪∪ – ∪

IV, 5.

XXVI. Versus Alcmanicus cum Ithyphallic. coniunctus.

–́ ∪∪ – ∪∪ –́ ∪̄∪ –́ ∪ – ∪ –́ ∪

V, 5.